

(integ. sub finem add.) Div. Coq. in Aq. Hord. ℥iij. ad ℥xxx. Col. adde Syr. Garyoph. Limon. ā ℥j. m.

Scorzoneram quidem præscribimus, quia irresistibilis Medicorum Mos ita vult. Cum verò nec Odore, nec Sapore, se nobis commendat; & vires valde obscuras, si omnino ullas, edit: Respublica Medica (ut opinor) non grave damnum sustineret, si ab Officinis in posterum penitus ablegaretur.

*Decoct. Urtica Acidum.*

℞. Rad. Urticæ recent. ℥iv. Sem. Urticæ Tart. alb. pulv. ā ℥ss. Coq. in Aq. font. ℥iij. ad ℥iiss. Col. adde Vini Rhen. ℥iv. Syr. Viol. Limon. ā ℥ij. m.

Ad Urinam ciendam dentur ℥iv. pro dosi.

*Decoct. Urticæ Alcalisatum.*

℞. Rad. Urticæ recent. ℥iv. Sem. Urticæ ℥ss. Herb. Urticæ M. ij. Coq. in Aq. font. ℥iijss. ad ℥xxvj. In Col. dissolve Sal. Prunel. Sal. Tart. añ ℥ij. Adde Aq. Raph. comp. Syr. è 5. Rad. Syr. Alth. añ ℥ij. Spir. Sal. Armon. gut. octoginta. m.

*Eleosaccharum Cardiacum.*

℞. Ol. Cinnam. gut. vj. Mosc. Ambr. grif. Croci añ gr. iij. Sacch. alb. ℥j. & gr. xv. m. f. pulv. in vj. doses divid. in vehiculo idoneo sumendas.

Ad Oleorum destillatorum probationem; gutta una vel altera indatur aquæ calidæ in cochleari super ignem posito; si enim oleum promptè avolet, & nihil pinguedinis post se in aquæ superficie relinquat, bonum est signum illud non esse pinguedine, aut oleo aliquo expresso, adulteratum.

*Electuarii contra Abortum* ꝑiv.

℞. Confer. Ros. rub. Cydon. Nuc. Mosc. cond. Succi Chermes, Syr. Cydon. Syr. Coral. añ ꝑss. Spec. de Hyacint. ꝑij. Aromat. Ros. Croci Mart. astring. añ ꝑij. Sacch. Saturni ꝑj. Ol. Nuc. Mosc. gut. iv. m.

Stomachum roborat; Flatus discutit; Spiritus reficit; Uteri Ligamenta & tonum firmat; Fœtum egregiè consolatur. Danda erit ꝑss. bis in die.

*Electuarii Acidi* ꝑiv.

℞. Conf. Lujulæ ꝑss. Ros. rub. Fruc. Cynob. añ ꝑj. Syr. Viol. ꝑss. Ol. Vitrioli q. f. ad gratam aciditatem. m.

Vide Julapium Refrigerans, hujus vires æmulatur.

1. *Elect. Analeptici* ꝑvj.

℞. Pul. Confect. Chocolatæ, Amygd. dulc. ex-cort. Sacch. alb. Butyri dulc. Insulli ā ꝑss. Pulp. Confer. Ros. rub. ꝑiis. Succi Chermes ꝑss. Opo-balsami ꝑij. Syr. Balsam. ꝑij. vel q. f. m.

2. *Elect. Analeptici* ꝑiv.

℞. Pul. Confect. Chocolatæ ꝑij. Succi Cherm. ꝑss. Ambr. gris. ( Sacchari tantillo tritæ) gr. viij. Ol. Cinnam. gut. j. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. Syr. Balsam. ꝑij. vel q. f. m.

Sumatur ꝑss. manè, & quartâ pomerid. super-bibatur Lac Alinum.

Nutrit, & roborat; corpus extenuatum resar-cit; vires exolutas instaurat; Tabidis & Con-sumptis succurrit.

*Elect. ad Aphthas.*

℞. Boli Arm. Sacch. penid. ā ꝑj. Butyri insulli ꝑij. m.

Capiatur hujus subinde frustulum Nucis Avellanæ magnitudine, liquatumque sensim deglutiatur.

*Elect. Apoplegmatici* ℥iſs.

℞. Pul. Herb. Beton. ʒvj. Rad. Pyreth. ʒij. Ol. Garyop. gut. iv. Mellis q. s. m.

Partes oris irritando, & vellicando, humores aquosos pituitososque elicit. Locum habet in Columellæ & Amygdalarum tumore & inflammatione; Angina, Dentalgia; Capitis gravedine; Cephalalgia inveterata; Affectibus Soporosis; Epilepsia; Paralyſi (præsertim Linguae) & quibuscunque Capitis & Nervorum Morbis frigidis, viscidisque. Ad hos usus masticetur, & volutetur in ore, manè jejuno stomacho, idque per semihoram, capite prono, expuendo sæpius; os deinde aquâ abluendò: Poterit etiam repeti duabus horis ante cœnam.

*Electuar. Adstringentis* ℥iv.

℞. Conf. Ros. rub. ʒij. Diascord. ʒſs. Pul. Boli ʒij. Sang. Drac. ʒiſs. Fl. Balauft. ʒſs. Ol. Nuc. Mosc. & Cinnam. ā gut. ij. Syr. e Rosis sicc. ʒj. m.

Ventriculum & Intestina confortat; Viscerum tonum restituit; infanum motum Peristalticum cohibet; Acorem concentrat; Tormina consopit. Omnibus numeris absolutum est remedium (ubi Astrictio indicatur) ad Diarrhœam reprimendam. Observandum verò, Appetitu & Concoctione salvis, vix unquam nocere Diarrhœam. Dos. ʒſs.

*Elect. Balsamici* ℥iv.

℞. Conf. Ros. rub. ʒij. Butyri recentis insulsi ʒj. Vitel. Ovi ʒſs. Bals. Tolut. ʒiv. Opobals. ʒij. m. Phlegma viscidum & crassum, Bronchia obfidens, dissolvit; meatusque omnes glabros &

facile meabiles reddit; Pulmonum vesiculas, ultra tonum tumidas & tensas, (atque exinde læsas) litu Balsamico restituit, & sanat; Ideoque Tusli sicca & Phthisi laborantes summa cum utilitate eo utuntur. Dos. ℥ij. sæpius in die, præsertim urgente Tusli.

*Elect. Boyleani* ℥iv.

R. Sem. Papav. albi, Hyoscyami albi pul. ā  
℥ss. Syr. Papav. errat. Conf. Ros. rub. ā ℥iss. m.

Sanguinem refrigerat; Serum tenue incrassat; acre contemperat; Vasculorum ora occludit; Fibrillarum irritationes, & spasmos consopit. Nob. Boyle mirè laudat ad Hamoptoen. Dos. qu. Jugland. bis in die, post Phlebotomiam, & lenem Catharsin ritè celebratas.

*Elect. Camphorati* ℥iv.

R. Conf. Rutæ ℥iij. Ther. Ven. ℥j. Camph. gr.  
viii. Ol. Succini gut. xvj. m.

Spiritus animales nimis efferos, & exilire paratos, reprimi ac in ordinem cogit; quin & copulam heterogeneam iis excutit, & non raro proffigit; ideoque Hysteriis apprimè opitulatur. Dos. qu. Castaneæ ter in die, cum Julapio Hysterico.

*Elect. Cardiaci Calidi* ℥iv.

R. Conf. Flor. Tunicæ, Conf. Flavæ. Limon.  
ā ℥j. Cort. Citri cond. Zinzib. cond. Elect. è Salsaph. Succi Chermes ā ℥ss. Ol. Nuc. Mosc. gut.  
ij. Ol. Cinnam. Garyoph. ā gut. j. m.

In Ventriculum primario, & proprie; operatur; illum enim (vi Aromaticâ, calidâque) confortat; atque exinde Spiritibus ovationem quandam inducens, Cor languidum reficit, viresque exsolutas resarcit. Ideoque (quod obiter notem) omnia vera Stomachicâ in Cardiacorum familiarum,

liam, non injuriâ, accenseri merentur. Sumatur.  $\frac{3}{4}$ ss. ter in die.

*Elect. Card. Temperati*  $\frac{3}{4}$ iv.

R. Conf. Flor. Tunicæ  $\frac{3}{4}$ ij. Conf. Berber. Succi Chermes  $\frac{3}{4}$ ss. Margarit. præp.  $\frac{3}{4}$ iv. m.

Aptè præscribitur Febricitantibus de Languore & Ægitudine querentibus; dum enim Fermentationem (tum in Sanguine, tum in Stomacho, ex parte deficientem) blandissimè restaurat; Spiritus animales vividius commovet, nec tamen interim Calorem accendit. Dentur  $\frac{3}{4}$ ij. sextis horis cum Julapio idoneo.

*Elect. Carminativi*  $\frac{3}{4}$ iv.

R. Pul. Virgæ aureæ, Verbenæ, Satureiæ, Majoranæ, Thymi, Sem. Anisi  $\frac{3}{4}$ j. Colophon.  $\frac{3}{4}$ vj. Mithrid.  $\frac{3}{4}$ ss. Mellis despum.  $\frac{3}{4}$ ij. vel q. l. m.

Humores tum crudos, tum acres, corrigit; Ventriculum calefacit; Diuresin promovet; contra Lateris & Stomachi Dolorem flatuosum egregium est experimentum. Dos.  $\frac{3}{4}$ ij. ad  $\frac{3}{4}$ ss. bis in die.

*Elect. Cephalici*  $\frac{3}{4}$ iv.

R. Pul. Rad. Pæon. mar.  $\frac{3}{4}$ ss. Cran. hum. Cinnab. Antimon.  $\frac{3}{4}$ ij. Nuc. Mosc. cond.  $\frac{3}{4}$ j. Syr. Pæon. Comp.  $\frac{3}{4}$ ij. vel q. l. Ol. Rosimar. Salv.  $\frac{3}{4}$ gut. iv. m.

Cerebrum refocillat & firmat; Spiritus depurat, & figit: Convulsionibus, Epilepsiæ, Vertigini, & Cephalalgæ idiopathicæ benè convenit. Dos.  $\frac{3}{4}$ ij. ad  $\frac{3}{4}$ ss. manè, & horâ somni, Præsertim circa Lunationum tempora.

*Elect. Cinnabevinum.*

R. Cinnab. fact. optimè lævigat.  $\frac{3}{4}$ ss. Sacch. alb. creti  $\frac{3}{4}$ ss. Syr. e Bac. Samb. q. l. m. f. Elect.

Fred. Hoffmannus dicit communi Cinnaberi facti-

facilitatæ non semper fidendum esse, cum sæpè, ut fiat rutilantior, adjecto Arsenico præparetur. Quibus ipse addo, eam, quæ in Officinis vulgò venalis prostat, admisso Minio sæpè esse adulteratam.

Aliqui Cinnaberim Medicamentum esse vanum & inefficax opinantur, quoniam assumpta Ventriculi digestionem minime patet; & per anum unà cum excrementis integra & immutata ejicitur. Alii verò non pauci Practici e contra eam magnificiunt: & quidem cum Mercurialis sit, in illa non potest residere inertia ulla suspicio: sed quamdiu in Ventriculo & Intestinis commoratur; & Digestionem, & Chylum alterare; & Membranas (exindèque Cerebrum, Nervosque) notabiliter afficere probabile est.

Ideòque Sanguinem dissolvere, & depurare; intima corporis penetrare; Glandulas & Nervos deoppilare, & à viscositate liberare credunt. Unde in Scabie, & ejusmodi Cutis turpitudinibus, Doloribus Articulorum, Tuberculis Pulmonum crudis, Scrophulis, Ulceribus (licet Venereis) Morbisque Convulsivis, &c. utile Medicamentum esse perhibent.

Cum verò Mercurius Nervis, & Cerebro, & inde compositis membranosis partibus inimicissimus esse solet: Cauti sint oportet in ejus usu, quibuscuque à natura contigerunt Nervi infirmioris texturæ, & Spiritus facile dissipabiles: item qui Tremoribus, aut Paralyfi obnoxii sunt: sicut & qui Evacuationes nimias morbosque graves passi sunt.

*Elect. de Cinnamomo.*

℞. Pul. Cinnam. (non effæti) ʒvj. Ol. Nuc. Mosc. express. ℥ij. Croci ʒss. Coccinel Fl. Ba-  
laust.

laust. ā ʒj. Flor. Benzo. ʒiſ. Spir. Lavend. comp.  
Succi Chermes col. ā ʒiſ. Syr. ē Rubo. Idæo q.  
f. m. f. Elect. Ad Puerperas, si quando Diarrhœa  
acciderit, & Lochia emanferint.

*Elect. de Colophonia ʒiv.*

℞. Conf. Flor. Lamii albi ʒiſ. Diascord. Zin-  
zib. cond. Pul. Colophon. ā ʒiſ. Ol. Cinnam. gur.  
iv. Syr. ē Ros. sicc. q. f. m.

Constringit; corroborat; edulcorat; mundi-  
ficat; siccat; sanat; præter alios ejus usus, Fluori  
albo perquam specificè dicatur. Si verò affe-  
ctus fuerit jam inveteratus, vix curabilem illum  
esse autumo. Præmissis præmittendis, ʒiij. assu-  
mantur bis quotidiè per longum tempus.

Fluorem album, ab Ulcere Uteri, & Gonorrhœa,  
scite distinguere operæ pretium est. In  
Fluore albo dantur plerumque Lassitudo spon-  
tanea, & Lumbago gravativa. Humor esfluens  
ut plurimum albidus, subinde flavescens, sero-  
sus, plus minus pituitosus, & mucosus; in ma-  
li initio inodorus, & mitis; pedetentim verò ac-  
rescit, & excoriât.

In Ulcere, Dolor sentitur, & Mordicatio,  
in Utero, vel ejus Cervicè; idque à principio.  
Materia extillans est saniosa, cruenta, vel pu-  
rulentâ alba, levis, æquabilis, & sæpè fetida.

In Gonorrhœa acerrimus torquet Urinæ ar-  
dor, & Stranguria, quæ inter mejendum exa-  
cerbantur. Colluvies dephuens est plerumque  
parcior, quam in Fluore albo, crassior tamen  
multò; alba primum, postea flava, virescens,  
acris, exedens, sed raro fetida. Pudendum mu-  
cosâ quâdam materiâ conspurcatur; & inter-  
dum etiam exulceratum deprehenditur.

Gonorrhœa (quod habet Charleton de Cati-

menis p. 151.) certo potest ab Uterino Fluore internosci, quod prorumpentibus Catamenis non desinat, sed cum his, & mox ab iis sanatis, persistat. Uterinus vero Fluor cesset in Menfium eruptione, & aliquanto post tempore.

*Elect. Corinthiaci* ℥iv.

℞. Rhab. (micatorio subtiliter comminuti) ℥ss. Uvar. Corinth. mundat. ℥ij. Syr. & Cichor. cum Rhab. ℥ss. Ol. Anisi gut. ij. Diligenter contundendo exacte commisceantur, & i. Elect. pro octo dosibus matutinis, quibus superbibatur haustus Cerevisiæ Scorbuticæ, cum Elix. Propr. gut. xx.

*Elect. Cretacoi* ℥iv.

℞. Cretæ albæ præp. Conf. Absint. Rom. ā ℥j. Ol. Absint. Chym. gut. j. Ol. Ment. gut. ij. Syr. Cydon. q. f. m.

Inter præstantissima Stomachica locum tenere meretur. Calefacit; Confortat; Acidum corrigi. Valet contra Cardialgiam, Ventriculi Dolorem, Rugitum, Nauseam, Vomitum, Inappetentiam, Diarrhœam. Dentur ℥iij. bis in die, vacuo Ventriculo.

*Elect. de Curcuma* ℥iv.

℞. Conserv. Herb. Chelidon. maj. ℥j. Pul. Rad. Curcumæ ℥ss. Troch. Viper. ℥iij. Rhab. Croci ā ℥ss. Syr. de Fumar. q. f. m.

Zymorio sanguinis vacillantem de novo instaurat; Salis volatilis depressi restitutionem promovet; Bilis in Hepate aggestæ, & stagnantis, motum stimulat; Ictero feliciter medetur. Dos. qu. Juglandis bis in die.

*Elect. Diasulphuris* ℥ij.

℞. Conf. Rosar. rub. ℥ij. Bals. Sulphuris Terbinthinati ℥j. m.



Putredini resistit, mundificat; consolidat; exsiccat; roborat; acidum temperat: Usurpatur ad Catarrhum pectoralem, Tussim, & Phthisin incipientem Dof. ʒij. ter in die.

*Elect. Expectorantis ʒiv.*

℞. Conf. Anthos ʒj. Zinzib. cond. Pul. Millep. ʒʒss. Flor. Sulph. ʒij. Fl. Benzo. Pul. Croci, Nicotianæ ʒ ʒj. Rad. Irid. Florent. ʒj. Mellis ʒʒss. vel q. s. m.

Pituitam frigidam concoquit; Phlegma viscosum incidit; Ductus bronchiales aperit; Pulmones iritat; Tussim provocat; & potentissimè expectorat. Dof. ʒij. vel ʒijj. ter in die.

*Elect. ad Herniam.*

℞. Conserv. Flor. Hyper. ʒj. Pul. Rad. Symp. maj. (cum Saccharo in furno cocti) ʒʒss. Lap. Hamatit. ʒij. Sang. Drac. ʒj. Sacch. Saturni, Bals. Peruv. ʒ ʒss. Ol. Anisi. Fœnic. dulc. ʒ gut. ij. Syr. e Coral. ʒj. vel q. s. m. f. Elect. cujus dosis fit ʒijj.

*Elect. Hydropicum.*

℞. Conserv. Absinth. Rom. ʒij. Guttæ Jemou. pulv. ʒij. Spec. Aromat. Ros. Ol. Nuc. Mosch. expref. ʒ ʒj. Syr. Ros. sol. ʒʒss. m.

Drachmæ duæ continent Guttæ Jemou. ʒʒss. Caveat Pharmacopæus ne utatur Conserva Absinth. vulgari. Loco Romani, quia vulgare reddet medicamentum maximè ingratum.

*Elect. Hystericum.*

℞. Conserv. Atrip. Olidæ ʒiv. Ol. Succini gut. 48. m. Dof. qu. Castan.

*Elect. Ictericum.*

℞. Zinzib. cond. (in pulpam redacti) ʒvj Theriacæ Ven. ʒij. Pul. Rad. Curcumæ ʒvj. Croci ʒij. Garyoph. Sem. Anisi, ʒ ʒj. Sal. volat. Sal.

Armon. ʒss. Sal. Tart. ʒss. Ol. Nuc. Mosch. gut.  
iv. Ol. Ment. Absint. ā gut. j. Syr. ē ʒ. Rad. q. f. m.  
f. Elect.

*Elect. Laxantis ʒiij.*

℞. Pul. Sennæ Crem. Tart. ā ʒiv. Pulp. Pru-  
nor. Damasc. ʒij. Syr. Ros. fol. q. f. m.

Gustui gratum hoc remedium leniter; sine  
fastidio aut torminibus, alvum lubricat, & sub-  
ducit. Intervire potest pro 4. dosibus vesperu-  
nis, sine regimine assumentis.

*Elect. Lucatelli ʒiv.*

℞. Confer. Ros. rub. ʒij. Conf. Fruct. Cynosb.  
ʒj. Bals. Lucatel. ʒss. Spec. Diatrag. frig. ʒj. Syr.  
Balsam. ʒiij. m.

Incrassat, restringit, sanat; prodest contra  
Raucedinem; Tussim; Hæmoptœon; quascun-  
que sanguinis effusiones internas; atque vel  
Phthisin ipsam, si nondum fuerit confirmata.  
Exhibeatur qu. Fabæ minoris ter in die.

*Elect. Magnum.*

℞. Conserv. Flor. Tunicæ, Flaved. Aurant.  
& Limon. ā ʒj. Cort. Citri cond. Nuc. Mosch.  
cond. Zinzib. cond. Elect. ē Sassafr. Succ. Cher-  
mes col. Spir. Lavend. comp. ā ʒss. Ol. Cinnam.  
Garyoph. añ. gut. iij. Ol. Anisi, Ment. Absint. añ.  
gut. j. Syr. ē Rubo. Idæo. q. f. f. Elect. quod per  
Setaceum (instar pulpæ) trajiciatur.

Inter summa Cardiaca sedem jure postulat.

*Elect. de Malva ʒiv.*

℞. Confer. Flor. Malvæ (vel potius Alceæ,)   
Butyri recentis insulsi ā ʒij. Nuc. Mosc. pul.  
ʒiv. m.

Lentore gaudet & Oleositate; ideòque ad  
Tussim siccam; Tracheæ asperitatem; omnet-  
que

que Thoracis, & Spiritualium partium Affectus, à fluxionibus acribus ortum habentes, commodum est remedium. Insuper eo fine dari potest, ut Urinæ acor demulceatur, & (Ureteribus quasi inunctis) facilis fiat sabuli & lapillorum descensus. Dos. ʒss. bis in die, longè à pastu.

*Elect. de Manna.*

℞. Sperm. Ceti ʒij. Vitel. Ovi j. Ductis in mortario, & æquabiliter commistis, adde Mannæ electæ, Extrac. Cassia, Sacch. Penid. ā ʒss. Ol. Amygd. dulc. q. s. m. f. Elect. Ad Aphas; & Tussim siccam.

*Elect. Martis ʒix.*

℞. Conf. Absinth. Rom. Cochl. hort. ā ʒij. Zinzib. cond. ʒiss. Rubig. Chalyb. (in subtilem pollinem redactæ) ʒvj. Ol. Caryoph. Ol. Sassaiph. ā gut. vj. Syr. è 5. Rad. ʒj. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; Habitumque obstructum referat. Convenit in Chlorosi, Mensium suppressione; Scorbuto; Ictero; Hydrope; & quacunque demum Cachexia. Dos. ʒij. mane, & 4. pomerid. quotidie per Mensē integrum, vel sesquimensē.

De Chalybeatis mos obtinuit, ut dentur manè, & quartā pomeridianā; atque ad eorum operationem promovendam, injungatur Exercitium. Omnia verò non omnibus æquè conveniunt. Aliquos enim observavi, quibus hoc modo exhibitus tumultus in Ventriculo, Ructus, & Ægri-tudines concitarent: Horumque remedium erat, ut Patiens vesperi sumeret, statimque lecto, & quieti se traderet; ita nil conturbationis, nil molestiæ exindè perciperet, sed optimè ferret. Hoc ante me notavit etiam Claudius (De Ingressu.

gress. 401.) dum scribit quòd Multi decumbentes in lecto usu Chalybis sanati fuerunt; ut propterea non sit necesse semper assumpta substantia Chalybis (quemadmodum communis est sententia) corpus exercere.

Si Chalybs magnas perturbationes inducat, Laudanum Aq. aliqua Hyfterica mistum, singulis noctibus, ad tempus aliquod, propinandum, inquit Sydenham.

*Elect. Mastichin. §iv.*

℞. Conf. Ros. rub. §ij. Pulp. Passul. sol. §j. Pulv. Mastiches §iss. Nuc. Mosc. §ss. Syr. de Mecon. q. s. m.

Gulæ & Laryngis partes superiores lentore quodam Emplastico obducit, atque ita sensum earum (exquisite irritabilem) aliquomodo obtundit: Et feri (nimis tenuis acrisque) extillationem prohibet. Confert ad Tussim humidam, vesperi præsertim molestè importunam. Capiatur qu. Nuc. Mosch. quotiescunque Tussis redierit; in ore dissolvatur; sensimque deglutatur.

*Elect. de Mentha.*

℞. Conserv. Menthæ §iv. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. Ol. Anisi & Absinth. ā gut. j. m.

Vomitiones sistit; Cibi fastidia discutit; Appetentiam invitat; Concoctionem adjuvat; Rictus nidorosos corrigit; dissolutumque Ventriculum astringit; & corroborat. Sed Conceptioni resistere creditur. De quo tamen ipse dubito.

*Elect. Minerale.*

℞. Gum. Guajaci pul. §ss. Subigatur cum Vitello Ovi, & adde Pul. Sulph. vivi §j. Syr. e 5. Radic. q. s. m.

Cum

Cum successu præscriptum novi contra noxas à Mercurii abusu inductas.

*Elect. de Myrrha* ℥iij.

℞. Pul. Myrrh. ℥ss. Olib. ℥j. Croci ℥ss. Vitel. Ovi. j. In Mortario commistis adde Pul. Sacch. candi albi ℥ss. Pulp. Passul. fol. per fetaceum tractæ ℥j. Syr. Balf. ℥ss. vel q. f. m.

Isdem dotatur virtutibus ac Lohoch Myrrhifatum, quod vide.

*Elect. Nephritici* ℥v.

℞. Pul. Sem. Sophiæ Chirurgorum, Mellis despumat. Butyri rec. sine sale ā ℥j. Syr. Dialth. q. f. Nuc. Mosc. pul. ℥j. m.

Optimè & præcavet, & mitigat, dolores Collicos, paroxysmo Nephritico supervenire solitos. Ad Præcautionem, assumatur ℥ss. manè, & serò per triduum ante Novilunium, & Plenilunium; superbibaturque haustulus Vini albi. Ad Mitigationem, capiat æger eandem dosin, cum primùm signa aliqua Paroxysmi prænuncia senserit; & repetat quartis horis per sex vices, superbibendo ℥iv. Decocti Malvæ Magistralis.

*Elect. Pectoralis* ℥v.

℞. Troch. Bechic. nig. pul. Mellis despum. Conf. Ros. Rub. Butyri sine sale ā ℥j. Syr. Jujub. q. f. Ol. Nuc. Mosc. gut. iv. m.

Elegans est remedium ad Tussim molestam à Defluxione tenui & acri oriundam. Detur è cuspide cultelli, quoties tussendi nixus urserit, & sensim deglutiatur.

Non possum autem me continere [inquit F. Sylvius] quin moneam hic Medicos juniores, ut in Pituita glutinosæ correctione caveant sedulo ne multo utantur Saccharo, & valde Saccharatis medicamentis; cum inde non tam emende-

detur, solvaturque, quàm augetur Pituita, quin reddatur indies glutinosior. Unde more malo, imò pessimo, multi Medici Nocentium negligentes, in quavis penè Tussi aliquandiu protracta, & Phthisim minante, quinimo productam fovente, utuntur, dicam an abutuntur, Conserva Rosarum rubrarum copiosè indies devorata; unde non tantum non abstergitur, exsiccat, consolidaturque Ulcus in Pulmonibus ortum; sed insuper Gravitatis sensus, ac intolerabile Frigus excitatur in Ventriculi regione, unà cum Appetitu prostrato; redditurque tandem, hâc arte, Malum immedicabile.

*Elect. Peruviani* §iv.

℞. Cort. Peruv. pul. ʒj. Terræ Japon. ʒj. Bals. Peruv. ʒss. Ol. Nucistæ gut. ij. Syr. è Rubo Idæo ʒiij. m.

Aliquando (cum non metueretur Diarrhœa) Terram Japonicam omisimus: & Butyri non saliti ʒss. addidimus: ita enim longè facilius deglutiebatur.

Specificè valet contra quascunque vel Intermittentes, vel Remittentes Febres; atque inferre potest pro 8. dosibus, tertiâ quaque horâ exhibendis. Sin verò Diarrhœam concitaverit, vespertinis & matutinis dosibus addi debent Laudani liq. gut. xv. vel xx.

*Elect. Peruv. Adstringentis* §iv.

℞. Cort. Peruv. pulv. ʒj. Bals. de Tolu, Terr. Japon. pul. ā ʒj. Syr. Bolean. q. f. m. f. Elect. pro x. dosib. fumendis bis vel ter in die, superbibendo cochleare unum, vel alterum, Aq. Plantag. vel Limacum.

Antidotum audire meretur summè efficax contra Sputum cruentum; febriles enim fervores

res extinguit: Vasa Pulmonaria aperta (quasi Hermetice) figillat; & rupta consolidat; idque tutò, & sine Ulcere succedente; quod Curationes alias frequenter infecutum esse numero-  
se passim testantur Observationes.

*Elect. Peruv. Epilepticum.*

R. Cort. Peruv. pul. ʒvj. Rad. Serp. Virgin. pul. ʒij. Cum f. q. Syr. Fl. Pæon. comp. f. Elect. molle.

Antiepilepticum præstantissimum, & certissimum pharmacum existit; uti experientia me docuit.

Si (post debitas evacuationes) Adultis ʒj. & aliis minor dosis, mane & vesperi per 3. vel 4. menses exhibeatur, & postea per triduum, vel quadriduum, ante Novilunium, & Plenilunium, repetatur, Morbos Epilepticos, & Hytericos, penitus eradicat. Atque etiam Saltationes Convulsivas istas, dictas Choreas Sancti Viti; in quibus mille gesticulationibus, & saltationibus ridiculis, agrotantes divexantur, more Tarantulorum, à Tarantulis in Apulia ictorum; quem admodum Medicus Romanus. Baglivi, observavit. Etiam si verò laudatus Author accuset Corticem tanquam causam Obstructionum Meferaicarum incurabilium, & Februm Hecticarum; nunquam tamen mihi observare licuit tale affectum, si Corpus & Remedium debite prius præparentur.

Sed equidem in Febris Continuis, Malignis, Petechialibus, Ictero, & Morbis Puerperarum Lochiis fluentibus, exitiale audit.

Hæc Communicator.

*Elect. de Pæonia ʒiv.*  
R. Conf. Flor. Pæon. ʒj. Pul Rad. Pæon. ʒvj.  
Sem.

Sem. Paon. excort. ʒij. Balf. Peruv. Div. Syr.  
Paon. ʒij. m.

Valet contra Epilepsiam, & id genus Mor-  
bos.

*Elect. Poterii ʒiv.*

R. Antihect. Poterii ʒfs. Pul. Haly recentis  
ʒifs Syr. Jujub. q. f. m.

Sanguinis & Succorum Acores, & Asperita-  
tes quasvis exoticas, & corruptivas, destruit;  
atque indolem Balsamicam, Mollem, & Oleo-  
sam, inducit. In Febre Hectica nulli cedit me-  
dicamento. Sumere potest aeger ad ʒij. vel ʒiij.  
bis in die, superbibendo hauritum lactis Asinini.

*Elect. Purgantis ʒij.*

R. Pul. Rad. Jalap. ʒij. Rhab. ʒj. Scammon.  
(cum Sulph. praep.) ʒj. Crem. Tart. ʒij. Ol. Ani-  
si, Garyoph. ā gut. ij. Elect. Lenit. ʒj. Syr. Ros.  
fol. ʒfs. vel. q. f. m.

Dof. ā ʒij. ad ʒfs. vel. ʒvj. mane cum regimine.

*Elect. Quadrati ʒij.*

R. Pul. Fol. Rorism. ʒfs. Syr. de Stoechade  
ʒifs. Balf. Peruv. gut. xij. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. m.

Frigidis Capitis, & Pectoris, Affectibus de-  
stinatur.

*Elect. Regii ʒiv.*

R. Conf. Flor. Garyoph. ʒij. Conf. Fl. Cynosb.  
Mivae Rubi, Idaei, Rob. Ribium, Succu Cher-  
mes ā ʒfs. Ambrae grif. (primò Sacch. candi gr.  
xvj. & postea Ol. Vitrioli gut. iv. optimè trita) gr.  
iv. m. f. Elect. cui adde Ol. Vitrioli q. f. Per  
cribrum trajiciatur.

*Elect. de Rhabarbaro ʒij.*

R. Conf. Ros. rub. ʒvj. Diafcord. ʒfs. Pul.  
Rhab. ʒij. Ol. Nuc. Mosc. Cinnan. ā gut. ij. Laud.  
liqu.



liqu. gut. 80. Syr. Cydon.  $\frac{3}{4}$ ss. misce diligenter.  
Intestinorum cruciatus sedat; materiam mor-  
bificam leniter expurgat; & Diarrhoeam sistit.  
Dof.  $\frac{3}{4}$ ij. vel  $\frac{3}{4}$ ss. vesperi.

*Elect. Rosatum.*

R. Conf. Ros. rub.  $\frac{3}{4}$ ij. Sacch. Ros. (pulv. &  
per incerniculum creti) Butyri dulcis sine sale  
(Aqua Ros. loti)  $\bar{a}$   $\frac{3}{4}$ ss. Ol. Nuc. Mosc. expref.  
Sperm. Ceti  $\bar{a}$   $\frac{3}{4}$ j. Vitel. Ov. No. 1. Ol. Anisi gut.  
j. Tinct. Benzo. gut. octoginta. m. f. Elect.

Ad Raucedinem, Tullim catarrhalem, atque  
id genus Morbos Spirituales.

*Elect. Sanantis*  $\frac{3}{4}$ iv.

R. Sperm. Ceti  $\frac{3}{4}$ j. Ceræ citr.  $\frac{3}{4}$ ij. Ol. Amygd.  
dulc.  $\frac{3}{4}$ j. Liqueantur simul. Amota ab igne agiten-  
tur, usque dum fere refrigerint, & consisten-  
tiam acquisiverint: deinde misce in mortario  
cum Conf. Ros. rub.  $\frac{3}{4}$ iss. Mellis  $\frac{3}{4}$ j. f. Elect. f. a.

Admodum proficuum est contra Tullim  
acrem; Oris & primarum viarum Erosiones,  
Apthas, Dysenteriam, &c. Dof.  $\frac{3}{4}$ ij. vel  $\frac{3}{4}$ ij. qua-  
ter in die.

*Elect. de Sarsa.*

R. Pul. Rad. Sarsapar.  $\frac{3}{4}$ j. Gum. Guajaci  $\frac{3}{4}$ ss.  
Ol. Junip. gut. xvj. Vitel. Ov. No. 1. Syr. Balsami.  
 $\frac{3}{4}$ ij. vel. q. f. m. f. Elect.

Ad Dolores Arthriticos vagos.

*Elect. de Satyrio*  $\frac{3}{4}$ iv.

R. Rad. Satyrii cond.  $\frac{3}{4}$ ij. Eryngii cond.  $\frac{3}{4}$ j.  
Nuc. Mosc. cond.  $\frac{3}{4}$ ss. Succi Chermes, Spir. Hor-  
mini  $\bar{a}$   $\frac{3}{4}$ ij. Pip. longi pulv. gr. xvj. m.

Aphrodisiacum est; necnon Consumptos, &  
Emaciatos, singulariter reficit. Dof.  $\frac{3}{4}$ ij. vel  $\frac{3}{4}$ ij.  
manè & vesp. cum haustulo Vini Malvatici.

*Elect. Scorbutici Calidi* ℥ viij.

℞. Herb. Cochl. hort. ℥ iij. Uvar. Pass. Corinth. Sacch. alb. creti ā ℥ ijs. Pul. Rad. Zedoar. ℥ ijs. Cort. Winter. ℥ ij. Sem. Fœnic. dulc. ℥ j. Sem. Anisi ℥ ijs. Sem. Sinap. ℥ j. Pip. long. ℥ ijs. Ol. Saffaph. gut. iv. Syr. è Bacc. Samb. ℥ j. vel q. f. m. f. Elect.

Sale volatili pungitivo abundat; ideòque Sal fixum & acetosum volatilifât; Sanguinem & Succos Dyscrasiâ Scorbuticâ inquinatos emendat; Coagulationes dissolvit; Obstructiones dissipat; & feculentias per Sudorem aut Urinam expellit. Valet contra Scorbutum rancidum: Icterus; Hydropem; Paralyfin Sumatur ℥ ijs. bis in die per mensem.

*Elect. Scorbutici Temperati* ℥ viij.

℞. Conservæ Lujulæ ℥ iv. Conf. Fruct. Cynosb. ℥ j. Pul. Coral. rub. ℥ ijs. Pul. Eboris, C. C. ā ℥ ij. Syr. è quinque Rad. ℥ ij. m.

Scorbuticis constitutione calidiore præditis opportunum est. Ventriculi fermentum restituit; ejusque & aliorum Viscerum, Chylosi infervientium, functiones juvat; Sanguinem & Succos adustos temperat, & depurat; Obstructiones expedit; Diuresin concitat. Dos. ℥ ijs. bis in die.

*Elect. de Sinapi* ℥ iv.

℞. Sem. Sinap. pulv. ℥ ijs. Conf. Rutæ ℥ ij. Syr. de Stœchade ℥ ijs. Ol. Rorifmar. Lavend. ā gut. iv. m.

Nervos obstructos lustrat; & spiritus impeditos in motum stimulat. Usui esse potest in Scorbuto frigido; Hydrope; sed præcipuè destinatur contra Morbos Soporosos, & Paralyfin. Dos. ℥ ij. ter in die.

*Elect. Spirituosum*

R. Sal. volat. Sal. Armon. ℥j. Ol. Rorifmar. gut. ij. Sacch. alb. creti ℥j. Panis biscocti Neapolitani (*Naples Bisket*) liccat pulv. & per incerniculum transmissi ℥iss. Sem. Sinap. ℥ij. Aq. Pæon. comp. Spir. Lavend. comp. ā ʒvj. m. f. Elect.

Tenuium est partium. Ventriculo, Cerebro, & Nervis auxiliatur; Spiritus reficit. Tremore, aut Paralyfi, laborantibus succurrit.

*Elect. Splanchnici ʒvj.*

R. Conf. Absint. Seriphii, Cochl. hort. ā ʒij. Rad. Enulæ cond. ℥iss. Pul. Ari Comp. ʒiij. Piper. longi, gr. xxiv. Sal. Absint. ʒss. Syr. de Fumar. ʒj. m.

Vires habet Decocti Splanchnici, nisi quod calidius est. Dos. ʒij. vel ʒiij. bis in die.

*Elect. Stomachici ʒvj.*

R. Conf. Ros. rub. Ablint. Rom. ā ʒiss. Conf. Menthæ, Flaved. Aurant Zinzib. cond. Ther. Ven. ā ʒss. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. Syr. Cydon. q. f. m.

Quando animus est ut Electuaria, aut Pulveres, diutius in Ventriculo morentur, præstat sine vehiculo fumere; nec quid liquoris, quo diluantur, per horam superbibere. Atque id propter e re esset, ut mollis sint Consistentiæ, & Saporis grati. Quo facilius deglutiantur, & retineantur.

Ventriculi frigiditatem, cruditatem, & laxitatem corrigit; Flatus discutit; Appetitum instaurat; Coctionem juvat; Vomitionem tollit. Sumatur qu. Juglandis horâ una antè Pastus; vel statim à Pastu.

Nonnunquam addere soleo Piperis longi pulverem.

*Elect.*

*Elect. Styptici* §iv.

R. Conf. Ros. rub. §iij. Croc. Mart. astring. §iij.  
Sacch. Saturni §j. Syr. Cydon. (vel e Ros. licc.)  
§iss. m.

Mensium fluxum immoderatum, internaſque  
Hæmorrhagias ſiſtit.

*Elect. Tamarindinatum.*

R. Pulp. Tamarind. Extr. Caſſiæ ā §vj. Man-  
næ (Aq. Roſar. ſuper prunas candentes diſſol.  
col. & ad mellagineſ redactæ) §iſs. Sennæ pulv.  
§iſſs. Crem. Tart. §ſs. Syr. Viol. q. f. m. f. Elect.

Ad alvum Debilibus, Pueris, Senibus, com-  
modè laxandam.

*Elect. Tartariſatum.*

R. Crem. Tart. ſubtil. pulv. Sacch. albi, Panis  
biſcocti Neapolitani (vulgò *Naples Bisket*) ā  
§ſs. Cribratis omnibus adde Ol. Vitrioli gut. viij.  
Syr. Viol. q. f. m. f. Elect. juſtæ conſiſtentiæ.

Angelus Sala multus eſt in laudibus Tartari;  
Linguam aridam recreat; Sitim reſtinguit; Fer-  
vorem ac Ebullitionem Bilis reſprimit; Appeti-  
tum revocat; Dolores Ventriculi ſedat, Viſci-  
dos, tenaces, ac mucilaginoſos humores at-  
tenuat, reſolvit; Interiorum Viſcerum Obſtru-  
ctiones reſerat; Flatus diſcutit; Crudos Tartar-  
eoſque humores incidit; & alio quovis Medi-  
camento feliciter, ac commodè, blandiſſimè  
educit. De ſeipſo narrat, quòd cum Paſſione  
Colica multoties miſerrimè diſcruciaretur, nul-  
liſque Medicamentis aliis ab eadem liberari poſ-  
ſet, ſumpſit pulv. Tartari §vj. ex quo purgatus  
fuit, & à cruciatibus ſolutus: tandemque, poſt  
multas repetitiones ejuſdem, integrè curatus.

*Elect. Terebinthinatum.*

℞. Conf. Ros. rub. ℥iv. Ol. Terebint. gut. octoginta. m.

Utilissimum est ad Tussim à Pituita crassa, Pulmonibus impacta, ortam; ad purulentas exulcerationes, ubi non datur Febris Hectica; nec non ad Renes detergendos; & Urinam ciendam. Dos. ℥ij. vel ℥iij. bis quotidie.

Riverius asserit Conservam Rosarum corrigere odorem Terebinthinæ.

*Elect. de Visco.*

℞. Pulv. Visci arborei ℥j. Cinnab. nativ. Spir. Lavend. Comp. ā ℥ss. Ol. Rorif. m. gut. viij. Syr. Flor. Paralyf. ℥iijss. Exactè simul commistis, adde Spir. Sal. Armon. q. s. ad acredinem justam conciliandam.

Ad Affectiones Cephalicas, præsertim Convulsivas, & Vertiginosas.

*1. Elect. è Zedoaria ℥iv.*

℞. Balf. Peruv. ℥ij. Vitel. Ov. No. j. Subactis in mortario adde Spir. Lavend. comp. ℥ij. Syr. Pæon. comp. ℥ij. Rad. Zedoar. pulv. ℥j. m. f. Elect. Ad Colicam.

*2. Elect. de Zedoaria ℥iv.*

℞. Confer. Majoranæ ʒvj. Balf. Peruv. ʒij. Pul. Rad. Zedoar. ʒj. Diacodii ʒij. m.

Auxilio est in Colica; & exhiberi potest (post Purgationem) in ipso Paroxyfimo; sed præcipuus ejus usus est ad Præcautionem Colicæ Hystericæ habitualis; ubi Ventriculus & Intestina sunt frigida, laxa, & imbecillia. Dos. ʒij. bis in die, longè à Pastu.

*Elect. è Zinzibere ℥iv.*

℞. Conf. Ros. Rub. ʒiij. Zinz. cond. ʒj. Ol. Cinnam. gut. iv. Ol. Garyoph. gut. ij. m. Ad

Ad Ventriculum, & Cor confortandum; Coctiōnem iuvandam; Nauseam tollendam; Vomitum sedandum; Flatus dissipandos; Nativum calorem sustentandum. Dos. qu. Nucistae bis in die, hora j. ante Prandium, & Cœnam.

*Elixir Anodynum.*

R. Camph. Myrrhae, Croci ā ʒss. Rad. Contray. Garyoph. aromat. ā ʒj. Opii ʒij. Sp. Vini (rectif. sine destill. infra descripti) ʒxx. m. Digerantur simul in fimo Equino per sex septimanas; deinde supernatans liquor a sedimento separatus usibus dicendis reservetur.

Optimum est Elixir, ad dolores Colicos, & Nephriticos tollendos. Venenis resistit, Sudores excitat; uti saepe observavi, dum Lugduni Batavorum operam studio Medicinæ navabam. Dosis a gut. v. ad xx. in vehiculo idoneo.

*Elixir Catharticum.*

R. Sennae ʒvj. Rhab. ʒij. Glycyrrh. ʒifs. Sem. Anisi, Carui ā ʒj. Coccinellae ʒj. Croci ʒfs. Sp. Vini Gall. ʒxij. Aq. Mirab. Cinnam. ā ʒij. Post debitam infusionem col. & adde Syr. Ros. Sol. ʒij. m. Dos. cochl. ij. vesp. & iij. manè sequenti.

*Elixir Cinnamomi Stomachicum.*

R. Elix. Propriet. Tartarificati ʒiij. Spir. Lavend. comp. ʒj. Ol. Cinnam. gut. ā xij. ad xvij. m. Dos. a gut. xv. ad xx.

*Elixir Garyophyllaceum.*

R. Elix. Propr. Tarta. ii. Spir. Lavend. comp. ā ʒfs. Garyoph. contus. ʒj. & gr. xij. Gran. Parad. gr. xlviij. m. Stent. in frigido tres dies. Dos. gut. xv. vel. xx. ex haustulo Vini.

*Elixir Stomachicum.*

R. Elix. Propriet. Tartarificati ʒiij. Ol. Garyoph. Nuc.

Nuc. Mosc. ā gut. vj. Ol. Ment. gut. ij. Absint.  
gut. j. m.

Dof. gut. xv. vel. xx. ex. haustu Vini Xeroen-  
fis manē.

*Elixir Volatile.*

R. Spir. Sal. Armon. ʒiʒs. Spir. Lavend. comp.  
ʒij. Tinct. Benz. ʒfs. m.

Spiritus reficit. Dosis. gut. xx. ex vehiculo ap-  
propriato.

*Emeticorum formulæ.*

R. Aq. tepidæ ʒbj. Ol. Oliv. (vel Amygd.)  
dulc. ʒiv. m. pro Haustu.

R. Herb. Theæ ʒfs. Coq. in Aq. (vel Alæ)  
ʒbj. ad ʒfs. pro Haustu.

R. Oxym. Scill. ʒvj. Sal. Vitrioli gr. iv. m. Pro  
puero sex annorum.

R. Oxym. Scill. ʒiij. Propinetur ex haustu li-  
quoris Possetici.

R. Oxym. Scill. ʒj. Sal. Vitrioli gr. xv. Infus.  
Croc. Metall. ʒiij. m.

R. Oxym. Scill. ʒij. Sal. Vitrioli ʒfs. Aq. Cin-  
nam. ʒij. Capiantur cochl. ij. bis terve in hora.

R. Oxym. Scill. Ol. Amygd. dulc. ā ʒiv. Su-  
mantur cochl. iv. per vices, donec operetur.

R. Herb. Senec. M. ʒfs. Passul. Corinth. M. fs.  
Sem. Anisi (sub finem add.) ʒij. Coq. in Alæ  
ʒxij. ad ʒfs. pro Haustu.

R. Cort. inter. Sambuci M. ij. Coq. in Aq. &  
Lact. ā ʒfs. ad dimid. consumptionem, col. pro  
dosi.

R. Fol. virid. Afari ā v. ad ix. Contuf. affundē  
Alæ (vel Vini albi) ʒiij. Macerentur frigidē  
per horam, exprimendo coletur pro Haustu.

R. Tart. Emet. ā gr. j. ad v. vel vj.

R. Vini Emetici ā gut. xx. (qualem dosin in-

fantulo præscriptam novi) ad ʒvj. ʒj. vel ʒx.

℞. Pul. Rad. Ipecacoannæ à ʒss. pro Infante, ad ʒss. ʒij. pro Adulto.

Optandum esset, ut Tyrones (quorum in gratiam hanc scripsi Pharmacopæiam) summe caverent, vel omnino abstinerent à sequentibus:

Nicotianâ.

Efulâ.

Helleb. albo.

Vitro Antim.

Regulo Antim.

Croco Metall.

Turb. Miner.

Sulph. Antim.

Florib. Antim.

Auro Vitæ.

Mercurio Vitæ.

Hercule Bovii.

} In substantia.

*Emplastrum de Albo.*

℞. Empl. ad Hern. Diacalcit. à ʒij. Ung. Alb. Camphor. ʒiv. Sacch. Saturni ʒij. m. f. Empl.

Dorso applicetur ad dolorem sedandum, & calorem minuendum.

*Emplastr. Aloeticum.*

℞. Aloes pulv. ʒij. Ol. Absint. chym. gut. viij. Cum Fell. Bov. q. s. f. f. Massa Emplast. quæ super alutam ducta Umbilico applicetur.

*Empl. Anginosum.*

℞. Empl. Diach. simp. ʒij. Ol. Absint. still. gut. xvij. m.

Applicetur Gulæ, adeò ut ad utramque aurem pertingat.

*Empl. Anodynî ʒv.*

℞. Empl. de Minio. ʒiv. Ol. Lil. ʒss. Terebinth. Ven. ʒij. Opii, Camph. Sacch. Saturni à ʒij. f. Empl. f. a. Re-



Refrigerat, & mirabiliter dolores cruciatul-  
que (etiam Nephriticos ipsos) placat.

Quamvis Opium, internè sumptum, adeò po-  
test Spirituum actionem sufflaminare, ut Dolo-  
ris sensum suspendat: subdito tamen utrum ex-  
ternè applicatum sit verè Anodynum nec ne.

Namque Sale abundat volatili igneo, & Sul-  
phure graviter fætido: Inflammabile est, ama-  
rum, acre, & eousque calidum, ut vel in pri-  
ma Discutientium Classe meritò ponatur; & fer-  
mè Cauticum existimetur. Atque hæc propter  
malè comparatum mihi videtur ad constituen-  
dum Anodynum: Cujus est (prout mea fert  
ætiologia) mitigare fervorem, quem dolor in  
parte concitasset, suggerere benignum Rorem,  
ad diluendam & dulcificandam acrimoniam Sa-  
lium pungentium, atque ad leniendas, & eo  
modo relaxandas, tensas, obtortas, & divulsas  
fibrillas, ut partes solidæ ad statum naturalem  
redeunt, Fluidis transitum (ut oportet) libe-  
rum concedant, & promoveant.

*Empl. Apoplectici* ℥iſs.

℞. Gum. Galb. Opopan. Pul. Rad. Pyreth. Sem.  
Sinap. Piperis longi, Castorei ā ℥iſs. Terebinth.  
Ven. ℥iij. vel q. f. Ol. Succini ℥j. f. Empl.

In Morbis Soporosis, & Paralyfi, Capiti raso  
adhibeatur.

*Empl. Armoniacum.*

℞. Sal. volat. Sal. Armon. (in Aq. liquidi fa-  
cti) ℥ij. Tereb. Venet. ℥vj. miscè in mortario suc-  
cessive.

Idem est ferè ac Empl. volat. quod. vide.

*Empl. Arthritici* ℥x.

℞. Gum. Elemi. Colophon. Pic. Burgund. ā ℥iij.  
Cera citr. ℥iſs. Pulv. Minii, Mastich. Olib. Boli  
F 2 ā ℥ij.

ā ʒij. Petrol. Ol. Spicæ, Ol. Anisi ā ʒjss. f. Empl.  
Humores acres rodentes obtundit; viscidos  
obstruentes attenuat, & per Diaphoresin foras  
evocat. Porrò fibrillarum spasnum, & Tensio-  
nem dolorificam, blandè relaxat; atque interim  
Nervos, Articulosque, mirùm quantum conso-  
latur & roborat.

*Empl. Balsamici ʒiv.*

℞. Empl. Diapalm. ʒij. Terebint. Cypr. Ceræ.  
citr. ā ʒjss. Liquatis adde Ol. Nuc. Mosch. chym.  
gut. xvj. Bals. Tolut. pulv. ʒj. m. f. Empl. f. a.

Ad Lumborum debilitatem, dolorem, &  
Fluorem album, Dorso adhibeatur: quòd si  
pruritus valde molestus excitaverit, aliquan-  
dò seponatur per dies aliquot, & postea rursùm  
applicetur.

*Empl. de Bolo.*

℞. Pulv. Boli ʒij. Mastich. ʒj. Sang. Drac. Fl.  
Balauft. ā ʒjss. Ol. Terebint. gut. viij. Alb. Ov.  
conquass. q. f. f. Empl.

Vi pollet Incrassante, Infarciante, Corrugan-  
te, Emplastica, & Balsamica; ideoque enormes  
Vulnerum Hæmorrhagias potenter sistit; atque  
speciatim in Arteriotomia convenit.

*Empl. Camphoratum.*

℞. Empl. Oxycroc. Cæsaris (vel ad Hern.)  
ā ʒjss. Camph. (Petrolei guttis viij. solutæ) ʒj. f.  
Empl.

Opem præstat in Contusionibus; Sanguinem  
enim coagulatum dissolvit, stagnantem circula-  
tioni reddit; & humorum affluxum prohibet.

*Empl. Carminativum.*

℞. Terebinth. Ven. ʒj. Sal. volat. Sal. Armon.  
ʒij. Camph. ʒj. Ol. Cymini gut. xvj. m. & adjice  
℞. Em-

℞. Empl. de Cymino (vel de Bac. Lauri.)  
 ℥ss. Resinæ com. ʒj. Ceræ citr. ʒss. Simul lique-  
 fiant ad ignem; & cū fermè refrixerint, cate-  
 tis s.a commisceantur.

Humores viscidos, in membro aliquo impa-  
 ctos, illudque aggravantes, corrigit, & remo-  
 vet; Partes Nervosas, tono fractas & impoten-  
 tes, roborat & restituit. Doloribus Articulo-  
 rum medetur.

*Empl. Cephalici ʒxj.*

℞. Empl. de Betonica ʒss. Gum. Caran. Taca-  
 mah. ā ʒiij. Pul. Bals. Tolut. ʒij. Bals. Peruv. (vel  
 Copiaiv.) ʒj. f. Empl.

Caput calefacit, & roborat. Convenire cre-  
 ditur in Cephalalgia; Vertigine; Incubo; Epi-  
 lepsia; Paralyfi; & Surditate; atque ad præca-  
 vendos Affectus Convulsivos, & Soporosos,  
 præscribi solet.

*Empl. de Colophonia.*

℞. Butyri rec. infusli, Sevi ovini, Ceræ citr.  
 Colophon. ā q. f. m. f. Empl.

Experimentum est satis probatum contra Am-  
 busta, & Erysipelas: Empyreuma nempe cer-  
 tissimè delet; & Ulcuscula sanat.

*Empl. Dorsole.*

℞. Empl. ad Hern. Diapalm. ā q. f. f. Empl. Ad  
 Lumborum dolorem, debilitatem, & Fluorem  
 album. Contra Abortum hoc modo præscriptum  
 novi.

℞. Empl. ad Hern. (vel Cæsaris) Diapalmæ  
 ā ʒj. Terebint. Cypriæ ʒss. m. f. Empl. ij. nempe  
 pro Dorso, & Umbilico.

In Gonorrhæa, & Fluore albo, Medicamen-  
 ta Lumbis applicantur; non quòd Renes illic  
 situm habent; sed quia Arteriæ, quæ Sanguini-

nem Pudendis adducunt, hoc in loco : se. ex Aorta, exeunt. Etiam & propter ejusdem partis Musculos & Ligamenta laxata.

Quando detrahere velles Emplastrum, quod maximè adhæret, prius applica lapidem calefactum; vel fove cum stuphis ex aqua calida expressis; ita enim liquefcet, & facilè cedit Emplastrum.

*Empl. Epispastici* ℥xiiij.

℞. Pic. Burgund. ℥viij. Terebint. Ven. Cantharid. subtil. pulv. ā ℥ijss. m. f. Empl.

Inter tot passim profantia ad hunc usum Emplastra, hoc facilè primas obtinet; infallibiliter enim (x. vel xij. horarum spatio) vesiculas excitat; atque si artificiosè detrahatur, cuticulam adhærentem integrè secum abripit.

In Putuitosis, Senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus, Emplastra Epispastica circa primum Febris insultum (Affectuum Capitis præservationis causâ) applicari possint: Atque in quibusvis, Torpore, Vertigine, aut Cephalalgia immani, laborantibus (propter eorundem Affectuum curationem) adhiberi solent.

In Constitutionibus verò impensè calidis, ubi cum Seri defectione, Sanguis aduritur nimium; atque in Febribus Æstu sicco intolerabili, Vigilis, & Phrenesi alligentibus, Epispastica minus ex usu esse videntur.

*Empl. Excitans* ℥vj.

℞. Pic. Burgund. ℥ij. Terebint. Ven. Assæ fat. ā ℥j. Pul. Euphorb. Gran. Parad. Camph. ā ℥ss. Sal. volat. Sal. Armon. ℔j. Ol. Succini ℔ss. m. f. Empl. plantis pedum adhibenda.

Succurrunt in Capitis dolore, & Affectibus Soporosis, Febres comitantibus.

*Empl.*

*Empl. Farinaceum.*

℞. Thur. pulv. ʒj. Vitel. Ov. N<sup>o</sup>. viij. Farinae  
Hord. q. f. m. f. Empl.

Ad Dorſi debilitatem & dolorem, octavis ho-  
ris renovetur.

*Empl. Febrifugum.*

Super alutam (ſtylo acuto punctam) asper-  
gatur Thus pulv. deinde cum ſpatula calenti li-  
queſcat : ſuper hoc extendatur Terebinthina. Su-  
per Umbilicum geſtetur, donec invetereſcat,  
atque ex ſe decidat.

*Empl. Gravidarum. ʒiv.*

℞. Empl. ad Hern. ʒj. Cerati Santal. Ung. Co-  
miſſiffa ā ʒiij. Ol. Myrtin. ʒiijſs. Cerae ʒſs. Lique-  
factis adde Pul. Sang. Drac. Maſtiches, Boli, Rad.  
Biſſortæ, Gallarum ā ʒſs. Succini, Coral. rub.  
Nuc. Moſch. ā ʒij. tandem adice Terebint. Cypr.  
q. f. f. Maſſa.

Lumborum regioni applicetur, & continuò  
geſtetur, ad Abortum præcavendum.

Bolus, Corallium, Gypſum, & ejuſmodi, in  
Emplaſtris non conducunt, quatenùs ſunt  
Aſtringentia propriè dicta; namque externè tan-  
tum tangunt, & vires intùs immittere nequeunt:  
ſed quia conſiſtentiam compactionem (quasi In-  
tritum magis adhæſivum, & tenaciorem) con-  
ſtituunt. Emplaſtra enim Aſtringentia (me judi-  
ce) tantummodo fortiter adhærendo; Cutim  
comprimendo; Fibrarum faſciculos (inſtar Fal-  
ciæ) intra limites conſtringendo; atque ita qua-  
ſi Tonum artificialem parti conciliando; hæc-  
que abſque Calefactione, aut Diſcuſſione, per-  
agendo; vim ſuam exferere videntur.

*Empl. ad Herniam.*

℞. Maſtiches, Thuris, Aloes, Sang. Drac. Sar-

cocol. Boli, Gypsi, Gallar. pul. ā ʒss. Ichthyocollæ (aceto dissolutæ) ʒj. misce in mortario.

Firmissime partibus adhæret, easque (instar fasciæ quasi) comprimit, & stabilit; adeoque efficit, ut Peritonæum, & Tendines nimis ante relaxati, intra debitos cancellos retineantur, ritè contrahantur, & Intestinorum prolapsum imposterum prohibeant. Subligaculo retineri; illudque ad perfectam usque sanationem continuari debet.

*Empl. de Hiera.*

℞. Aloes, Myrr. ā ʒj. Spec. Hieræ, Theriacæ ven. ā ʒss. Ol. Absint. Chym. gut. iv. Fellis bov. ʒj. Mellis q. f. m.

Puerulorum Abdomini admoveatur contra Vermes.

*Empl. Hydropicum.*

℞. Empl. de Sapone ʒij. Ol. Anisi, Petrol. ā ʒss. m.

Lympham intra corporis habitum aggestam, & coagulata, attenuat, commovet, & per Diaphoresin amandat. Applicetur super totum Abdominis ambitum.

*Empl. Ictericum.*

℞. Croci pulv. ʒij. Mellis q. f. f. Massa mollis, quæ super alutam extensa Hepatis, & Umbilici, regioni applicetur.

Infantibus Ictero defædatis subsidio est.

*Empl. Ischiatici ʒiv.*

℞. Pic. Burgund. ʒij. Galb. ʒj. Sulph. vivi ʒij. Succini ʒj. Hermodact. Rad. Ireos Florent. Sem. Cymini, Flor. Chamæm. ā ʒss Petrol. q. f. m. f. Empl.

Succos crassos attenuat, salinos acres edulcorat, partes nervosas roborat, & (absque Repulsionem) Dolores Arthriticos sedat.

*Empl.*

*Empl. de Lapide Calaminari.*

℞. Ceræ citr. ℞j. Ol. Ros. ℞iij. coque ad aliqualem consistentiam; amoveatur ab igne, & admisce Cerussæ pul. ℞j. Lap. Calamin. ℥ij. Myrrhæ, Mastich. ā ℥j. f. Empl. f. a.

Ulcera antiqua, maligna, erodentia, & quæ difficilis sunt consolidationis mundat, & siccatur; fermenta ferina delet, & Cicatricem inducit.

*Empl. ad Languores ℥j.*

℞. Galb. col. ℥iij. Assæ fat. Ceræ citr. ā ℥ij. Camph. (Ol. Succini gut. viij. subactæ) ℥ss. Sac. C. C. Castor. ā gr. xv. m. f. Empl.

Ad Affectiones Hystericas.

*Empl. Laterale.*

℞. Empl. è Cymino ℥j. Camph. ℥j. Ol. Anisi gut. xv. m.

Penetrat, attenuat, discutit, flatus dissipat, dolores sedat.

*Empl. ad Lumbaginem ℥vss.*

℞. Empl. de Minio Vigonis ℥ij. Diapalm. (Ol. Rosar. loco Axungiae parat.) ℥jss. Gum. Carranæ (Aceto Ros. solutæ, & col.) ℥ss. Boli, Terræ sigill. Mastiches ā Div. Terebint. Cypr. ℥j. m. f. a.

Humorum affluxum inhibet, & repellit; necnon partes Nervosas confortat, & corroborat.

*Empl. de Majorana.*

℞. Pic. Burgund. ℥ss. Fol. Majoranæ ℥ss. Euphorbii ℥j. m.

Ad Catarrhum; Dotalgiam; Uvulæ inflammationem; Ophthalmiam; & Cephalalgiam; applicetur Nuchæ, vel pone Aures.

*Empl. Mammillare.*

℞. Minii, Ol. Lini ā ℥iv. coq. ad aliqualem con-

consistentiam; dein adde Cerae ℥iij. cum cæteris coquatur, sensim adjiciendo iterum Ol. Lini ℥iv. quando satis cocta fuerint, tandem adde Sperm. Ceti ℥jss. & f. Empl. f. a. sine ulteriore coctione.

Lac coagulatum dissolvit, ejusque abundantiam absumit: Mammarum excoriations, & fistulas sanat.

*Empl. Mastichini ℥x.*

℞. Mastiches, Gum. Junip. Nuc. Mosc. Geryoph. ā ℥j. Labdani ℥vj. Ducantur pistillo calido in Mortario, & addita Ol. Mastich. q. f. f. Empl.

Capitis vertici imponatur, ad Pericranii refrigerati, & relaxati, calorem tonumque restituendum; & colluviei Catarrhalis ab illo scaturientis laticem sistendum. Convenit in Dolore Capitis frigido; Dentalgia; Tumore Tonsillarum; Inflammatione Uvulae; Asperitate Gulae; &c. Vide *Linim. Cephalic.*

*Empl. è Mercur. vivo.*

℞. Empl. è Cicuta cum Ammon. ℥iij. Diach. cum Gum. ℥ij. Galb. col. Terebint. Ven. Mercur. viv. ā ℥j. Bals. Sulph. ℥ss. m. f. Empl.

Ad Tumores duros, & Dolores profundius insidentes.

*Empl. Nephriticum.*

℞. Opii pulv. ℥ij. Sapon. mollis. ℥j. Ol. Junip. ℥ss. m. & Renibus applicetur.

*Empl. Nuchale.*

℞. Pic. Burgund. ℥jss. Galb. col. Tereb. Ven. ā ℥ss. Sem. Sinap. Pip. nig. Sal. volat. Sal. Armon. (cum Ol. Orig. gut. ij. triti) ā ℥ss. m. f. Empl.

Ad eisdem usus ac Empl. de Majorana.

*Empl. Pectoralis ℥j.*

℞. Tacamahac. col. ℥ss. Cerae citr. ℥ij. Liquefactis adde Pul. Benzo. Styrac. calam. ā ℥j. Croci ℥ss.



℞s. Ol. Anisi gut. viij. Ol. Nuc. Mosc. & Garyoph.  
ā gut. iv. m. f. Empl. f. a.

Calefacit, attenuat, discutit, roborat. Musculos Thoracicos, colluvie viscida frigidaque impeditos, lustrat, & consolatur. Usui est ad Tussim cum Pectoris gravitate & teneritudine conjunctam.

*Empl. Pleuriticum.*

℞. Empl. Paracelsi, de Sapone ā ʒj. Ungu. Popul. ʒjss. Camph. ʒiij. m. Liquefiant lento igne, perpetuo agitando cum Spatula; quando frigescere incipiunt, addatur Camphora; & fiat Empl. molle.

Valde anodynum est: Dolores Pleuriticos, & Podagricos, placat: Tumores Inflammatorios dissipat: Anginam, absque Repercussione, solvit.

*Empl. Punicum.*

℞. Galb. col. ʒjss. Pul. Mastich. ʒiij. Terebint. Cypr. ʒss. Picis navalis ʒij. Ducantur cum pistillo calido in mortario calido, mox addendo Ol. Mac. expref. gr. xv. & denique paulatim Pulv. Balauft. gr. xiv. Intime commisceantur omnia; & conficiatur Emplastrum f. a.

Hoc elegans Emplastrum Caput, Stomachum, Abdomen, Uterum optimè roborat & consolatur.

*Empl. de Pyrethro ʒvj.*

℞. Galb. col. Sagapeni, Ammon. (vino alb. soluti, & col.) ā ʒj. Pul. Rad. Pyreth. Sem. Sinap. ā ʒss. Cerae ʒjss. Tereb. Ven. q. f. m.

Partes nervosas calefacit, deobstruit, roborat, & Spiritus animales in motum stimulat. Convenit membris Paralyticis.

*Empl.*

*Empl. Roborantis* ʒj.

℞. Empl. Stomach. Magistr. ʒiij. Oxycroc. (ri-  
tè præp.) ʒij. Gum. Caran. Tamach. ā ʒj. Pul.  
Balf. Tolut. ʒj. Balf. Peruv. ʒj. Ol. Cinnam. Ga-  
ryoph. Nuc. Mosc. ā gut. ij. Ol. Ment. Absint. ā  
gut. j. m. f. Empl. f. a.

Ad Ventriculum confortandum vix reperia-  
tur præstantius.

*Empl. Rubrum.*

℞. Ol. Oliv. ʒbij. Cerae citr. ʒbj. Sevi Cerv. ʒfs.  
simul malaxatis adde Pul. Boli ʒxij. Lap. Smyris,  
Hamatit. Lap. Calaminaris, Sang. Drac. ā ʒiv.  
Camph. ʒfs. f. Empl. f. a.

Singulare experimentum est ad dolores mem-  
brorum inveteratos (*Old Aches* dictos) & pro  
secreto inæstimabili aliquibus habetur.

*Empl. Spinale.*

℞. Empl. Diapalm. ʒfs. Oxycroc. ʒij. Ol. Succin-  
ni gut. xij. m.

Ad Dorfi dolorem, & debilitatem, Spinalif-  
que medullæ obstructionem eximiè convenit.  
Puerulis Rachitide laborantibus [oblonga figu-  
ra] à Nucha usque ad Os sacrum adhibeatur.

1. *Empl. Splenetici* ʒj.

℞. Empl. de Cymino, Melil Comp. Gum. Ta-  
camah ā ʒij. Empl. è Cicuta cum Ammon. Balf.  
Peruv. ā ʒj. m.

Fæculentias atrabilarias, Hypochondrio stag-  
nantes, circulationi reddit; quin & fibrarum  
corrugationes, tensiones, & affectiones spasmo-  
dicas sedat, & compefcit.

2. *Empl. Splenetici* ʒvj.

℞. Empl. è Cymino ʒiij. Oxycroc. Tacamah.  
col. ā ʒifs. Ol. Salsaph. gut. iij. m.

1. *Empl.*

1. *Empl. Stomachici Comp.* ʒj.

R. Empl. Stom. Magistr. ʒss. Tacamahac. col. ʒij. Liquefactis adde Pul. Bals. Tolut. ʒj. Sang. Drac. Bals. Peruv. ā ʒss. Ol. Nuc. Mosch. & Garyoph. ā gut. ij. Ol. Anisi gut. j. m. f. Empl. f. a.

Calorem, concoctionem juvat; Nauseam & Vomitum reprimat; Ventriculū cruditate & flatibus liberat; ejusque laxitati, imbecillitati, & distentioni opitulatur.

2. *Empl. Stomach. Comp.* ʒj.

R. Tacamahac. col. ʒvij. Pul. Ment. Balauft. ā ʒss. Ol. Garyoph. Nuc. Mosc. Anisi, Succini ā gut. ij. f. Empl.

Sinistrum Ventriculi orificium, circa undecimam Thoracis Vertebra, Diaphragmati adnectitur; & partes posteriores respicit. Hinc ad Dorsum, majori cum successu, in Stomachi debilitate, applicantur Emplastra, inquit Highmor. Quod notat etiam River. de Appetitu Can. & T. Bartholin. Anat. p. 330.

*Empl. de Styrace.*

R. Empl. Diapalm. ʒss. Diach. simpl. ʒbj. Terrebint. ʒijss. Pul. rad. Ireos Florent. ʒjss. Styracis liqu. ʒj. m. f. a. & fiant vel Tela Emplastrata, vel Magdaleones.

Foniculorum fluxum promovet; eosque à spongiosa carne, & putredine cadaverosa præservat.

*Empl. ad Suggillationes.*

R. Plumbi ʒij. liquecat super pennas, dein affunde Argenti vivi ʒj. agitentur donec frigescant: Huic Amalg. pulverisato adde Empl. Diapalm. ʒss. & f. massa.

Sanguinis extravasati coagulationes dissolvit, &c

& circulationi reddit : Livorem à contusione contractum, præ aliis ferè omnibus, potenter, & cito discutit.

*Empl. Suppedalis 3vj.*

R. Empl. Cephal. ʒiij. Pic. Naval. ʒij. Pul. Euphorb. ʒij. Camph. & Ol. Succini ā ʒj. m.

Necessarii usus est in Febribus continuis, Cephalalgia, Torpore, Vigiliiis, Delirio, &c. stipatis; quando scilicet Sanguis inæqualiter circulatur, & magis impetuosè versùs Caput, quàm inferiores corporis partes, fertur. Vide Lot. Pedal.

*Empl. pro Temporibus.*

R. Carannæ ʒj. Extendatur super alutam, cui adde in medio Opii gr. ij. Ol. Succini gut. iv.

Anodynum est. Temporibus applicatum valet contra Vigilias, & Capitis Dolorem. Pone vel sub Aures, Dentium cruciatum tollit.

Surculi duo Arteriæ Carotidis externæ, sub Aures, Maxillam inferiorem ingrediuntur; & secundum ejus longitudinem, in omnium Dentium radices disseminantur, quibus Sanguis ad Dentium nutritionem defertur. Hisce in vasis Humores acres (unà cum Sanguine) ad Dentes perveniunt, quibus illorum membranula exquisitè sentiens, interiorem eorum medullam succingens, eroditur, & vellicatur: Unde dolores illi Dentium exquisitissimi ortum petunt. Ab hac Arteriarum Dentes petentium origine, Remedia pone vel sub Aures, meliori cum successu, in Dentium Dolore applicare, quàm ad Tempora, facile suaderi potest, inquit Highmor.

*Empl. de Thure Comp.*

R. Thuris ʒij. Tacamah. ʒj. Croci pul. ʒss. Tezeb. Ven. q. s. m. f. Empl. elegans, Fe-

Febriticantium carpis admoveatur.

*Empl. Tolutanum.*

R. Bals. Tolut. ʒj. Terebint. Cypr. ʒij. Cerae  
citr. ʒjss. Ol. Rhodii ʒij. m.

Fonticulos à gravi factore tuetur.

*Empl. de Viridi ære.*

R. Gum. Ammon. col. Virid. æris, Auripig-  
menti ā ʒij. Cantharid. ʒij. m. ad clavos pedum.

*Empl. Vitriolicum.*

R. Empl. Melil. Diach. simpl. Stictici, de Mi-  
nio, Ol. Catellor. Vitrioli Rom. & Albi ā ʒj. Sa-  
lis ʒss. m. f. a.

Ad Vulnera, & Ulcera antiqua, scetentia, &  
cacoëthea peculiariter congruit; quæ omnia de-  
ficcat, sanat, laudabili carne replet, cicatrizat :  
& ab eis sordidos humores, seu putredines in-  
timè immersas liberaliter educit; fermentaque  
eorum ferina omninò dolet. Hoc fuit cujusdam  
Chirurgi (à multis quidem expetitur, sed pau-  
cis patefactum) arcanum.

*Empl. Volatile.*

R. Terebint. Venetæ puræ ʒj. Agitetur in  
mortario, & sensim affunde Spirit. Sal. Armon.  
ʒj. continuo agitando, donec in crassamentum  
album (instar Emplastri) coeant.

Tenaciter adhæret; intimè penetrat; partes  
calescit; fibrillas roborat; Spiritus exagitat;  
Ductus carneos nerveosque referat; colluviem-  
que impactam discutit, & evaporare facit.

*Empl. Volat. fetidum.*

R. Galb. col. ʒss. Assæ fact. ʒj. Cerae citr. ʒj.  
Una liquatis, postmodum ab igne amotis, &  
frigore inspissatis, adde Mist. seq.

R. Terebint. Ven. ʒj. Sal. Volat. C. C. ʒij.  
Camph. ʒj. Ol. Succini ʒss. m. f. a. Hy-

Hysteriis opitulatur.

*Emulf. Arabica* ℥ij.

℞. Gum. Arab. ℥j. Coq. in Aq. Hord. ℥ij. ad solutionem; cum hac solutione, & Sem. Malvæ, Papav. alb. Amygd. dulc. excort. ā ʒiſ. f. Emulf. f. a. Cui adde Sacch. Saturni gr. xvj. Syr. Alth. ʒiij. m.

In quolibet ardore Urinæ, vel ab acrimonia sanguinis, vel ab Epispasticis, vel ab Arenulis excitato, Remedium fidum meritò habeatur. Dos. ʒiv. vel ʒvj. bis, ter quaterve in die.

*Emulf. Asthmatica.*

℞. Millep. viv. N<sup>o</sup>. 120. Contusis sensim affunde in mortario Aq. Puleg. ʒvj. In liquore fortiter expresso dissolve Gum. Ammon. ʒiij. Col. adde Tinct. Benzo. ʒiij. m.

Dosis cochl. j. ex Haut. Decoct. Pectoral. saepe in die.

*Emulf. Balsamica* ℥ij.

℞. Bals. Tolut. ʒvj. Decoqu. in Aq. Hord. ℥ij. ad ℥ij. Cum col. & Amygd. dulc. excort. ʒvj. f. Emulf. Cui adde Bals. Gilead. (cum Sacch. albi ʒj. benè triti) gut. xvj. m.

Phthiſicis aptè præscribitur; Lenit enim, demulcet; Tubercula discutit; Putredinem delet, & sanat.

*Emulſio Brunneri.*

℞. Gum. Ammon. ʒiſ. Dissolv. (in mortario) Aq. Hyſſop. frigidæ ʒiv. & Vin. Rhen. ʒij. Col. ſit pro duobus Hautibus.

In Asthmate extremum, & nunquam fallens, remedium habetur. Tantæque efficacità à suffocatione liberat, ut præclariùs non viderim, inquit Author Consil. 34.

*Emulf.*

*Emulf. Cathartica.*

℞. Resinæ Scammon. ℥ss. (vel. q. f.) Vitel.  
Ovi. ʒij. Sach. albi ʒj. Aq. Ros. Dam. & Cinnam.  
hord. ā ʒvj. m.

Hæc Resina dupliciter culpabilis esse solet ;  
aut enim obstinatè solutioni resistens , & nullo  
modo alterata , absque purgatione deijcitur ; aut  
plicis Ventriculi Intestinorumve pertinaciùs ad-  
hærens , Nauseam , Tormina , aut Hypercathar-  
sin excitat : hæc verò ratione dissolutâ , & cicu-  
ratâ , satis efficaciter , & tuto , opus suum per-  
agere solet.

*Emulf. Communis. ℥ij.*

℞. Amygdal. dulc. excort. Sem. Cucumer. Pa-  
pav. albi ā ʒss. Sach. albi ʒj. Contundantur simul  
donec in pastam coalescant ; dein additis Aq.  
Hord. ℥ij. f. Emulf. f. a. quæ fortiter exprimendo  
coletur.

Emulsionibus cave ne Acida commisceas ;  
quippe substantiam lactescensentem facile præcipi-  
tant : ideòque Spiritus acidi Vitrioli , Sulphu-  
ris , Succus Limonum ; &c. non sunt addendi.  
Tencke 42.

Hujus usus est egregius , & multiplex , 1<sup>o</sup>. sc.  
ad. Ventriculi æstum , erosiones , sitim. 2<sup>o</sup>. Ad  
Renum , & Vesicæ fervores , & cruciatus ; Uri-  
næ ardorem ; Gonorrhæam. 3<sup>o</sup>. Ad Sanguinis  
ebullitionem , & acrimoniam in Febris inflam-  
matoriis , Pleuritide , Rheumatismo , Vigiliis ,  
& Deliriis 4<sup>o</sup>. Ad Serum deficiens restituendum  
in Febris ardentibus , & hecticis. Summatim,  
ad leniendum , refrigerandum , humectandum.  
Propinetur Haustus sæpè ad libitum.

*Emulf. Cordialis ʒviij.*  
℞. Aq. Epidem. Pæon. comp. ā ʒiv. Sem. Citri  
ʒss.

℥ss. f. Emulf. Cui adde Sach. perl. ℥iij. Ol. Nuc. Mofc. gut. j. m.

Sumat agrotans cochl. ij. vel iij. ter in die in Febribus malignis.

*Emulf. de Cornu Cervi* ℥ij.

℞. Decocti C. C. ℥ij. Amygd. dulc. excort. Sem. Papav. albi ā ℥ss. f. Emulf. Cui adde Aq. Cinnam. fort. ℥ij. Ol. Nuc. Mofc. gut. j. Sacch. ℥j. m.

Feliciter usurpatur in Febribus Diarrhœa symptomatica stipatis, pro potu ordinario.

Cum pulvis hic calcinatus sit mera Terra damnata, Salibus suis omninò spoliata; inter coquendum Salem Aquæ exhauriet; eamque inanem & esurientem reddet. Istaque deinde esuriens Aqua in Viscera, & Vasa nostra, introniffa, Salia pariter, quotquot invenit, in se avidè arripiet, secumque foras educet. Atque hoc modo Ventriculum & Intestina corrigere; Sanguinemque & Succos edulcorare probabile est.

His aliquale lumen affert illud Majovv. (de Therm. Bath. 264.) inquietis: Si Sal Tartari Aquæ fontanæ admixtum fuerit, Præcipitatio in eadem fieri solet; eaque colorem quendam album acquirit; certo utique indicio; Sal quoddam indolis acidæ aquis fontanis inesse. Sed aliud, atque aliud, sentiunt eruditi: Tachenius enim Alkali Aquæ inesse contendit. Vide *Aqua Junip.*

*Emulso Diuretica.*

℞. Rad. Urticæ recent. ℥iv. Coq. in Aq. font. ℥iij. ad ijs. Col. adde Sem. Urticæ ℥ss. Sem. Petrosel. ℥j. Sem. Anisi, Sinap. ā ℥ij. f. Infusio calida quatuar horas, colentur sine expressione ℥xxviii. qui-



quibuscum, & Amygd. dulc. excort. Sem. Melon. Sem. Mil. Solis, Sem. Papav. alb. ā ʒss. Sacch. alb. ʒiss. f. Emulf. f. a. Cui adde Aq. Raph. comp. ʒiv. Test. Ovor. supra Porphyritum alcoholifatarum ʒss. m.

*Emulfio Edulcorans.*

℞. Gum. Arab. ʒiij. Dissolve super ignem in Aq. Hord. limpidae lbij. Cum refrixerint adde Ocul. Cancr. per lavigationem & lotionem præp. ʒiss. Sacch. alb. ʒij. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. m.

Oculorum Cancrorum dicta preparatio hujusmodi est, ut tenuissimè in mortario marmoreo lavigentur, aqua desuper limpidissima affusa, & agitata, donec ea turbida fuerit. Hinc in aliud vas conjiciatur. Tum alia denuò affundatur, agitetur, turbidaque reddita præcedenti adjungatur: idque toties reiteretur, donec faeces in mortario subsederint, omnisque tenuior substantia cum aqua fueriteducta: quæ quiescere permittatur, ut in fundo remaneat Oculorum materia sola & sincera. Tandem hæc (aqua prius effusa) colligenda, & supra marmor ita laviganda, ut nulla asperitas lingua perspici possit; atque inde in globulos formanda, siccanda, & in usum asservanda. *N. B.* Hoc modo preparari alia Testacea, Cretacea, &c. quævis.

*Emulf. Hysterica.*

℞. As. sæt. ʒij. Aq. Ceras. nig. (vel in ejus defectu, Aq. font.) lbs. Dissolv. in mortario sine calore, & col.

Euporiston est optimum ad Languores Hystericos. Detur vices cochl. j.

*Emulf. Pacificæ* ʒiv. ʒiv. ʒiv.

℞. Sem. Papav. albi ʒij. Amygd. dulc. excort. No. j. Contulis adde Aq. Papav. errat. ʒiijss. f. Emulf.

Emulf. Cui col. adde Aq. Ment. ʒj. Diacod. ʒiij. m. pro doſi ſingulari.

Spiritus furentes compeſcit, & ſomnum accertit. Magis temperata eſt quàm Laudanum; & Ventriculum minus gravat, quàm Diacodium.

*Emulf. Pæoniæ* ʒbij.

℞. Sem. Pæon. Papav. albi, Amygd. dulc. excort. ā ʒſs. Sacch. albi ʒj. Ol. Nuc. Moſc. gut. ij. Contuſis affunde ſenſim Aq. Ceraſ. nigr. ʒbij. f. Emulf. f. a. Cui col. adde Aq. Pæon. Comp. ʒij. m.

*N. B.* Hoc modo quævis Olea Chymica commodiſſimè miſceri poſſe.

Ad Morbos Convulſivos, Epilepſiam &c. ſed ſpeciatiim egregii uſus eſt febricitantibus Capitis dolore, ſublultu Tendinum, &c. laborantibus Doſ. ab ʒij. ad ʒiv. octavis, vel ſextis horis.

*Emulf. Styptica* ʒbij.

℞. Rad. Conſolidæ maj. ʒiv. Coq. in Aq. font. ʒiij. ad ʒbij. Cum colatura, & Sem. Papav. albi, Hyoſcyami, Amygd. dulc. excort. ā ʒſs. Sal. Prunel. ʒj. Sacch. Saturni ʒj. Sacch. albi ʒj. f. Emulf.

Sanguinem refrigerat, contemperat, incraftat; vaſorum ora occludit; & Spiritus pacat. Utiliter propinatur ad ſiſtendam Hæmorrhagiam narium; Hæmoptœn; Hæmorrhoidum & Menſium fluxum. Doſ. ʒiv. bis. in die.

*Emulf. Varioloſa.*

℞. Amygd. dulc. excort. Sem. Melon. Cucum. Papav. alb. ā ʒij. Sacch. alb. ʒſs. Optimè ſimul contuſis ſenſim affunde Gelatin. C. C. & Eboris (ſine Succo Limon. paratæ) ʒiv. Aq. Laçt. Alcit. ʒxij. Col. fortiter expreſſ. adde Aq. Cinnam. Epidem. ā ʒſs. Antimon. Diaphor. ritè præp. ʒij. m.

Doſ.

Dof. cochl. vj.

*Enem. Amari* ꝑvjss.

℞. Rad. Serpent. Virg. contuf. ꝑj. Pulp. Colocynthi [in nodulo ligat.] ꝑj. Herb. Tanaceti, Summit. Sabinæ ā Mfs. f. decoct. in Aq. font. q. f. Col. ꝑvj. adde Ol. Hyper ꝑss. Ol. Absint. Chym. ꝑss. Spe. Hieræ pic. ꝑss. m.

Ascarides enecat, & expellit. Quoad Vermes verò teretes dum valentes ii sunt, vividi; & reptiles; dumque in tenuia Intestina & Ventriculum conscendere proclives sunt; hujusmodi amaricans. Enema minimè debet injici; ne cogat eos superiora versùs repere, & tragedias ibi patrare. Post Anthelmintica verò aliquandiu per os exhibita, quæ Vermes languidos reddere, & ad inferiora depulere, dum demum hoc maximè opportunum, & efficax usù reperitur.

Ascarides sunt quidem Gens pusilla, sed expugnatu difficillima; namque licet omnes ad unam Enematis vi exterminarentur: nova tamen; & numerosa, proles ab ovulis in Recto depositis mox nascetur. Ideòque non tantùm Parentes solos proscripsisse; nisi insuper & Natos, & Semina etiam ipsa; radicitus extirpentur, ejiciantur. Hocque optimè fiet, si postquam Ascarides jam disparuerunt, non statim à Remediis abstinamus; sed tertiis quartisque diebus per aliquot vices; ac deinde semel in Hebdomade, hujusmodi deturbantia Enemata repetamus. Quod nemo Authorum hæcenus notavit.

Ex quo hæc mea scripsëram, inter Authores evolvendos, sequentia insperato reperi.

Quotiescumque utebatur patiens Pharmaco purgante, Vermes egerebat, misto semper glutine

tinc pituitoso variis feminibus, quæ piscium minorum oculos referebant; ex quibus quotidie haud dubiè germinarentur. Freitag Amor. Chym. cap. 37. p. 360.

Id minimè silentio prætereundum judico, ad consumendam omnem Ascaridum materiam; delendam Intestinatorum proprietatem; nec non præcavendum ne malum redeat; detur Aloes ꝑ̄ singulâ quâque hebdomade. Mercurial. Contil. 13. p. 71.

Apud nos quinquagenaria, jam à pluribus annis, menstrosos patitur Ascarides, quos (ubi nimium verminant) promptè Clystere Abfynthite expellit. Narrat autem mihi, se illis non tentari, nisi septem primis diebus nascentis Lunæ; de cætero quiescere; sed recrudescere circa novilunia malum; & venturos se præfagire, cum alvus stipari incipit.

Borrich. ap. Barthol. Act. Med. vol. 4. cap. 46. p. 150.

Ex hac narratione concludo hujusmodi eradicans Enema, singulis noviluniis injectum, & per aliquot menses repetitum, probabiliter eos interempturum exterminaturum, & funditus deleturum esse.

Fiunt Suppositoria ex Lardo non salito, vel ex Caseo veteri, contra Ascarides in Intestino recto, quæ ipsis adherent; & sic extracto Suppositorio, simul extrahuntur, inquit Etmull. in Schrod. c. 83. p. 1033.

*Enem. Anodyni ꝑ̄xj.*

℞. Lactis Vaccini ℥ss. Spir. Vini commun. ꝑ̄ij. Ol. Anisi ꝑ̄ss. Diascord. ʒvj. m. Tepidum injiciatur horâ somni; & totam noctem (si fieri possit) retineatur.

In

Intestina mucaginosa glutinosa oblinita, indeque refrigerata, & Spasms, flatibus, torminibusque vexata, calefacit, confortat, demulcet, & ad sanam crasin restituit.

Liberalem hunc, & insolitum, Spiritus Vini, & Oleorum Chymicorum usum, hic & alibi, in Clysteribus à me præscriptum, multi forsitan nunc severe perstringent, qui futuram observatione, & felici successu, rectius tandem docti, ex animo celebrabunt.

Noscant illi hanc nec nostram, nec novam esse praxin. Rondeletius (ante annos plus quam ducentos natus) de Clysteribus p. 895. refert de Muliere gravissimo dolore Coli tenta, cui Vinum injiciebatur Hippocraticum (quod Cinnamomum, Piper, Zinziber, Grana Paradisi receperat) & paulò post curata fuit: & Sanchez (de Colico dolore p. 123.) consulit Vini Aromatici Hippocratici  $\mathfrak{ss}$ .

Dr. Stubs (Philos. Transact. N<sup>o</sup>. 37. p. 271.) refert Jamaicensibus familiare esse ad Colicam biliosam Enematis uti ex Spir. Vini communis  $\mathfrak{ss}$ . sed exinde inebriatos, & furiosè debacchatos fuisse. Unde ipse nunquam  $\mathfrak{z}$ ij. vel  $\mathfrak{z}$ iiij. transgredi ausus sum.

Quoad Olea Chymica, Duretus (anno 1527. natus) hoc modo (de Colico dolore p. 410.) Clyster injiciendus ex Vino Malvatico, in quo Olei Juniperini Chymistici  $\mathfrak{ss}$ . dissoluta fuit, & mirificè prodest. Et Claudius Deodatus sequens Enema cordatè proponit.

$\mathfrak{ss}$ . Vin. Malvat. Ol. Nucum Jugland.  $\mathfrak{a}$   $\mathfrak{z}$ iiij. Spir. Vini  $\mathfrak{z}$ j. Ol. Chym. Junip. & Rutæ  $\mathfrak{a}$   $\mathfrak{z}$ ij. m. & mistura calida immittatur.

N. B.  $\mathfrak{z}$ ss. Olei Chymici permagna videtur quantitas; ipse quidem rarò  $\mathfrak{z}$ ij. præscripti.

De Salibus volatilibus etiam res nova est, & praxis ferè inaudita : scribit verò Etmullerus, quòd in Epilepsiae paroxysmo, Salia volatilia cum Clysteribus injecta (tam in Infantibus, quàm in Adultis) egregius quidam Practicus, (non sine experto saepe successu) commendat.

*Enem. Apoplectici* ℞j.

℞. Rad. Pyreth. ℥ss. Herb. Rutæ M. ij. Pulpæ Colocynth. (in nodulo) ℥ss. Coq. in Aq. q. f. ad ℥xij. Col. adde Infus. Croci Metall. ℥ij. Tinct. Castor. ℥ss. Ol. Succini, Sal. Gem. ā ℥ij. m.

Si Colocynthis non includatur in nodulo, subtilissima ejus ramenta inferunt, & post se relinquunt, horrenda tormina; quod non putassem, nisi experientia confirmatus fuisset, inquit Etmullerus.

In Affectibus Soporosis, Lethargo, Comate somnolento, Apoplexia, Paralyfi, &c. admodum conducit. Si autem statim ab injectione reddatur, statim etiam reiterari debet: Non rarum enim est hisce in Morbis, Clysmata frustra & sine effectu usurpari, propter intestina quasi Paralyticè affecta.

*Enem. Balsamici* ℥xiv.

℞. Jusculi Intestinar. Verveç. ℥x. Vitel. Ov. N<sup>o</sup>. ij. Bals. Lucatel. ℥j. Sevi Ovini ℥ij. m. Usurpetur eo caloris gradu, ut Sevum non concrecat.

N. B. Si Sevum benè subigatur Ovi vitello, à concretionè præservabitur.

Intestina intus fovendo, inungendo, & oblinendo, eorum Fervores; Corrugationes, Cruciatu, Erosiones, & Ulcuscula, mulcet, compescit, sanat. In Dysenteria expertissimum planè remedium.

*Enem.*

*Enem. Carminativi* ℞j.

℞. Flor. Chamæm. Bac. Lauri ā ʒss. Sem. Fœnic. dulc. Cymini ā ʒij. Coq. in Aq. q. f. Col. ʒxij. ad jace Spir. Vini com. ʒiij. Ol. Oliv. ʒj. Ol. Anili still. ʒij. m.

Ad Intestina debilitata, refrigerata, flaccida, pituita obducta, obstructa, inflata borborygmis, & doloribus cruciata; speciatim ad Colicam flatuosam, Hydropem, & istiusmodi Marasimum, qui non à Febre Hectica, sed à mala Concoctione & Distributione provenit, &c. perutile est.

Quo Clarius hac de re mentem meam explicem, dico Flatum, & Vapores, res esse, & materialiter, & localiter, planè distinctas.

Flatuum Materia est cruda, & crassa; flatulentæ Diætæ, prævæ Digestioni, aut utrisque ortum debens. Nuspian ferè reperiuntur præterquam in primis viis: & sese manifestant præsertim mox à pastu, per leviculam Indispotionem, Oscitationem, Abdominis Inflationem & Torlionem vagam. Si fursùm tendant, Ructus edunt: Sin deorsùm, Rugitus in Intestinis, & Tormina erratica, concitant. Cùm verò viis præclusis intra Intestinatorum cavitatem incarcerati detinentur, magis fixi fiunt, & unam præcipuè partem excruciantes, idem tunc sunt ac Colica flatuosa (*the Wind Cholick*) quæ, dummodo viscera sint organicè sana, malum haud adeò grave est, quin Paregoricorum & Carminativorum adminiculo facile superetur.

Vapores (quos vocat Helmontius Gas Sylvestre, invisibilem, impalpabilem, & incoercibilem Spiritum; qui non ineptè forsan assimiletur illi Alæ salientis explodentis (*Bottled flying Ale*) ad cujus partem volatilem efferam capiendam

dam Chymicus Alembicum frustra applicaret) Vapores, inquam, oriuntur à maximè volatili, acri, Succo Glanduloso, vitiosam fermentationem ineunte cum viscosa materia (non in Canalibus Intestinalium, sed eorum, & Mesenterii; Membranis; atque etiam ultimis & intimis quibuscunque corporis Recessibus, ubicunque Arteriam extrema illam deposuerunt) atque ita Spiritus elasticos, ibi locorum insitos, & influentes, in varias miras confusiones, trepidationes, subsultus, & explosiones adigente.

Hi furias agunt maximè vacuo ventriculo, longè à pastu, ultimà jam peractâ digestionem: atque pro varia materia, loco, & ataxiæ ratione (hactenus non satis clarè & distinctè à quolibet Authorum perspectis, & definitis) Affectiones vel Hystericas, vel Hypochondriacas (vulgo dictas) excitant, Hisce in casibus Evacuantia generaliter obsunt; & Enemata (vel etiam Carminativa) malum intendere solent; quod in proximè sequentibus fusiùs ostendere conabor.

*Enem. Colici* §xij.

R. Vini Canar. Ol. Lini à §vj. Ol. Succini 3ss. m. His addi possit Laud. liq. à gut. 40. ad 80.

In horrendis Intestinalium Cruciatibus, & pertinaci Alvi Astrictione, plurimum auxiliatur; quatenus scilicet membranofam viscerum substantiam confortat; fibrarum corrugationem tollit; Flatus discutit; Fæces emollit, & Intestina exonerat. Et propterea Colica flatuosa affectus ut plurimum, & Biliosa sæpe succurrit.

Hysterica verò laborantibus (nisi fuerint Intestina facibus valde resecita, morbus admodum levis, & adhuc dum in primo principio) Enemata universaliter sunt vitanda; quippe te-  
ne-



neras, laceratas, dolentes membranas divexant; Convulsivas Torsiones reduplicant; malum efferatius, domituque obstinatius efficiunt; & aliquando eousque evehunt, ut planè funestum reddant.

Quandoquidem hanc rem ritè dignoscere Tyronum maximoperè interest, fusius quàm cæteroquin soleo eam explicare satagam.

Quemadmodùm nil de Variolis ante Medicos Arabes scriptum invenimus; nec quicquam de Rachitide ante Glisson, & Whistler, & Romani ne nomine tenus Colicam cognoverunt (teste Plinio Nat. Hist. lib. 26. c. 1.) Antequam Tiberius Cæsar illam sensit; Sic nos de Colica Hysterica nusquam uspiam legimus; audivimusve; donec oculatissimus Sydenham illam detexit, & descripsit: ideòque quicquid alii quotquot Antecessores de Colicæ curatione statuerunt, minime ad hanc Colicæ speciem propriè referenda esse jure meritò existimandum est.

Non me latet, Car. Pisonem sententiam singularem protulisse (Anno 1618.) de Colica, quòd esset Nervosa; & nostratem Willisium similem ferè Hypothesin proculisse; & ætiologiam ejus accuratius investigasse; & ingeniosè exornasse: confitendum tamen est, neutrum horum adèò claram habuisse ideam hujus Spiritualis Colicæ, ut specificè interstingeret ab illa altera Humorali; & consequenter propriam, præcisam, & adæquatam, curandi methodum nec designasse, nec designare potuisse.

Non potuerunt inquam: sed hoc præclarum inventum sòli reservabatur immortalì Sydenhamio. Ille primus è tenebris eruit; ille graphicè descripsit; ille distinxit, & adèò essentialiter distantem à Biliosa determinavit, ut ea ipsissima me-

methodus, quæ aliam cicuret, alteram exaspèret, & ferociorem reddat.

Et quia ille unicus extat Author (quantum novi) qui hanc provinciam suscepit & ornavit; summam eorum, quæ passim sparfit, compendiosè colligere, & huc transferre, non inutile opus esse duxi.

Prius verò mihi detur, Paragraphum quendam satis notabilem ex L. Dureto petere: totum seculum ante Sydenham ille floruit; & ob crassam caligantis istius ævi ignorantiam ad perfectam rei notitiam pervenire nequivit: at verò laudabiles (tum quoad Theoriam, tum Praxin) progressus fecit, admirationemque & gratias posterorum meruit.

Super Hollerium lib. 1. c. 41. p. 407. hæc habet. Aliquando dolor Colicus prænuncius est Arthritidis & Paralysis: aut Translatione materiæ ad superiores partes; aut temeraria Curatione: Ut si Clysteres materiam discutientes primò injeceris. Nam si innascatur dolor Colicus à repentina collectione materiæ, & injiciantur Clysteres Carminativi, fit Disseminatio materiæ.

Per Superiores partes liquet eum nil intelligere posse præter Cerebrum, & (ejus Appendices) Nervos.

Per repentinam Collectionem materiæ, procul dubio adumbravit (licet hanc rem clarâ & distinctâ luce pervidere haud potuit) Ataxiam Spirituum, quorum spasmodici impetus æquè sunt repentini ac Pulveris Pyrii explosio, aut Fulguris micatio.

Et in tali (sc. Convulsiva) Colica, Clysterum Carminativorum injectionem, temerariam esse curationem, sive malam praxin, disertè pronun-

nunciat; atque rationem subit, quia Materiam morbosam disseminant; id est, è Visceribus in Cerebrum aut Genus Nervosum (unde Paralysis aut Arthritis) propellunt. Sed ad Sydenham accedo.

Epist. ad Cole p. 141. Satis constat omnem hunc Morbum ad Spiritus Animales non ritè dispositos referri debere; nec à Semine, aut Sanguine menstruo, corruptis, & halitus malignos in partes affectas elevantibus, produci; nec à Succorum nescio quâ perversâ depravatione; five etiam Humororum acrium congestione; sed à Spirituum Ataxia.

Si fomes morbi in materia delitesceret; tunc Evacuantia ad Affectus hosce præcavendos potius facerent, quàm ad eosdem accersendos: cum è diverso, non alia causa ità constanter pariat hujusmodi Affectus, ac solent Evacuationes.

De Morb. Acut. p. 228. Venæsectio, & repetitæ Purgationes (quæ in Colica Biliofa incipiente apertissimè indicantur) hic locum non habent (nisi fœminis Sanguinis & Humororum copia oppressis.) Docet enim Experientia, & exasperari dolorem, & invalescere Symptomata omnia, à tumultu, quem ista cient, adjuncta. Atque adeò plus semel animadverti Enematum, vel lenissimorum, repetitionem, continuam Symptomatum seriem invexisse. Experientiæ Ratio etiam astipulatur, quæ morbum hunc à Spirituum potius *ataxia*, quam Humororum vitio aliquo, produci distabit, &c.

Nullusque dubito Morbum hunc (qui licet acerbissimum dolorem, nullum tamen vitæ discrimen apportat) ob errores hoc nomine (id est ob Evacuantia data, & Anodyna neglecta) commissos, lethalem sæpenumero evadere.

Epist.

Epist. ad Col. p. 167. Affirmo Evacuaciones sæpe repetitas (quæ quidem in Colica Biliofa omninò indicantur) Dolorem, Vomitumque non solum non compescere, sed irritare magis; Spirituum sc. Perturbationem (quæ vera horum Symptomatum causâ est) promovendo. Tandemque malum ad menses aliquot prolongatum, metastasi derepente in Cerebrum facta, desinit in Spasmos, à quibus agra brevi è medio tollitur.

Ita gravissimus expertissimusque Vir repetitam Sanguinis missionem, Emetica, Cathartica, & Enemata, absolute prohibet; & Anodyninam rem totam confici debere constanter asserit; Rationemque Experientiæ astipulantem adducit.

*Enem. Communis* ℞j.

℞. Decocti Clysterifantis ℥xij. Syrupi è Succo Senecionis [vel è Spina Cerv.] Butyri saliti ā ℥j. Sacch. culinar. ℥ij. Ol. Anisi gut. viij. m.

Ad Intestina [præsertim crassa] eluenda; ea-que flatibus & fæcibus exoneranda.

Uſus Clysterum maximus est, dummodo rectè adhibeantur; quod, præter cætera, fieri debet habitâ legitimæ collocationis ægrotantis ratione. Ut autem demonstremus in quodnam latus æger decumbere debeat, considerandus est Situs Coli Intestini; quod oritur à Cæco ad dextrum Renem, & ad Jecoris cavum vergens reflectitur, & convolutum, sub Ventriculi fundo progrediens ad sinistra, Lieni accumbit; moxque in posteriora vergens, ad sinistrum Renem descendit, cui alligatum est, ibique multò angustius quàm in reliquis partibus efficitur, cellulisque caret; postea descendit; & quum duos gyros fecerit, in Rectum desinit Intestinum.

Ex

Ex his perspicuum est ægrum in dextrum latus esse collocandum; quum alioquin, si in sinistrum latus depositus sit æger, tota moles Viscerum, tum Rectum Intestinum, tum maximè postremam partem Coli [quæ sub Splene descendit, & ad Renem sinistrum annectitur] comprimat, adeò ut Clyster ulterius ad capacitatem Coli progredi nequeat; sed in duobus inferioribus gyris Coli remaneat; nec diutius retineri possit. In dextrum verò latus decumbente ægro, Clyster facile usque ad reflexionem sub Liene, deinde sine obstaculo usque ad Valvulam ducitur. Atque sic æger, quum diutius Clysterem retinuerit, majorem quoque inde fructum percipiet. Hildan. Cent. 1. Obs. Chir. 77. p. 56.

*Enema Confortans.*

℞. Vini Canar. ℥ss. Dialcord. ʒss. Vitel. Ov. N<sup>o</sup>. ij. m.

Dimidiatâ tantum quantitate præscribitur, quia diu intra corpus retineri debet. Quod Julapia Cardiaca sunt Ventriculo; Idem & Intestinis hoc esse Enema jure putandum est. Illa enim tantopere refocillat, ut universali exinde factâ exultatione, tota Spirituum Systasis ad munus suum defungendum alacrius, & quodcunque noxium reperitur eliminandum, strenuius excuscitetur. Præter multos alios usus, in Febribus malignæ notæ, egregiè proficuum est; idque non eo solum nomine, quod Spiritus vacillantes sublevat; sed etiam quod Viscera ipsa defendit, & Miasmatis radios à Centro ad corporis Circumferentiam pellit. Novi quendam Præticum, qui nonnunquam hoc Clystima in ipsis etiam Variolis, ad Expulsionem promovendam, præscribere solebat: hujusmodi verò praxin ræ-

rò in usum ducendam esse arbitror ; quia hicce inflammatorius morbus sæpiùs fræno, quam calcaribus, indiget.

*Enem. Corroborantis* ꝛxij.

℞. Herb. Absinth. sicc. Centaur. min. ā M. j. Fl. Chamæm. Bac. Lauri ā ꝛiij. Coq. in Jusf. Capit. Ovin. q. f. Col. ꝛx. adde Spir. Vini com. ꝛiij. Ol. Tereb. & Junip. ā ꝛfs. m.

Velut fôtu interno, Intestinorum calorem revocat, & vigorem reparat ; Fibras laxatas restituit ; Spiritus fatiscientes reficit ; Pituitam crassam detergit ; Flatus discutit ; & Dolores sedat.

*Enem. Dulce.*

℞. Lactis Vaccin. recent. ꝛvj. Theriacæ Jansenf. ꝛij. m.

Ante usum Enematis amari, quando Vermes latitant in Intestinis tenuibus, dumque morficando, & erodendo, Ventris torsionem excitant, commodissimè in usum accensetur hic Clyster. Ad Lac enim se convertent Vermes, utpotè dulce, & sibi gratum ; atque ita à morfibus desistent ; è latibulis prodibunt ; inferiora versus serpent ; & ad exitum per sedem disponentur.

*Enem. Emollientis* lbj.

℞. Lactis ꝛx. Ol. Chamæm. ꝛiij. Mel. Mercurial. Sacch. rub. & Extract. Calliæ. ā ꝛj. Ol. Anisi ꝛfs. m.

Fæces induratas, & conglobatas, emollit ; Alvumque lubricat, subducitque.

In quibusdam (inquit Willis) Coli tunica interior adeò valde tenera, & sensilis est, ut ab Enemate (licet Anodyno) injecto, Spiritus statim excandescentes, ac intra fibras nervosas explosi, Membranas summè inflent ac distendant ;

dant; adeoque in toto Abdomine maximas molestias excitent.

*Enem. Febrifugi* ℞ss.

℞. Cort. Peruv. subtil. pulv. ʒij. Coq. multiplici coctione in Aq. font. donec redeat ad ℞ss. Col. turbidæ adde Diacord. ʒss. Ol. Anisi gut. j. m.

Si satis diu retineri nequeat, incoquenda erit Cort. Granat. vel Balauft. ʒss. & col. adjici potest Aq. Cinnam. ad ʒij.

Ad febres cujuscunque generis Intermittentes profligandas, Patientibus Medicamenta assumere respicientibus, Puerisque morosis (minoribus) hæc Decocta, Clysterum more usurpata, egregie profuisse sæpe comperimus: sed Pueris certius opem ferre quam Adultis sæpe numero observavi.

Modus usurpandi est, ut statim à Paroxyfmo finito injiciatur; eoquæ deposito, alterum statim immittatur; idque toties quoties repetatur; ut Intestina à Paroxyfmo ad Paroxyfimum semper eo imbuantur, donec Febris abigatur.

Helvetius Parisientis, qui de hac Corticis usurpandi methodo librum conscripsit, & Regis jussu (ut ait) edidit, hoc modo præscribit.

℞. Cort. Peruv. pulv. ʒj. Aq. tepidæ ℞j. m. & injiciatur statim à finito Paroxyfmo: atque ter de die repetatur, donec cesserit Febris.

Deinde (Morbi recidiva ut præcaveatur) adhibeatur remedium manè, & vesp. per sextiduum.

Denique (quo Curatio perfecte absolvatur) in corpus admittatur quotidie manè per sex etiam dies.

Si satis diu retineri nequeat, singulis Clysteribus admisceatur Syr. de Mecon. ʒj.

*Enem. Hysterici* ℥ij.

℞. Rad. Aristoloch. rot. Bryoniae albae ā ʒss.  
Herb. Rutae, Matricar. Puleg. Fl. Chamem. ā  
M. fs. Coq. in Aq. q. f. Col. ℥ij. dissolve Assae fact.  
ʒj. Ol. Succini ʒij. Sacch. rub. ʒj. m.

In ipso Paroxyfimi articulo potest injici, ad  
Spirituū *ἀραξία* potentissimè reprimendam.

*Enem. pro Infantibus* ʒiv.

℞. Lact. recent. ʒiij. Ol. Amygdal. dulc. Syr.  
Viol. ā ʒss. Ol. Anisi gut. xij. m.

Emollit; laxat; Flatus discutit; Dolores fe-  
dat.

*Enem. Laxantis* ℥ij.

℞. Jusculi Pulli (vel Carnis Vitulinae) ʒxij.  
Ol. Olivar. Sacch. culin. ā ʒij. Ol. Anisi ʒss. m.

Intestina confortat; Faeces emollit; Flatus  
discutit; Alvum laxat.

*Enem. Lenientis* ℥ij.

℞. Lactis ʒx. Mucilag. Sem. Psyllii, & Cy-  
don. (Aq. Papav. errat. extract.) ʒiij. Vitel. Ov.  
No. ij. Diacod. ʒij. m.

Locum habet quando humorum bilioforum  
acrimonia Intestina vehementer stimulat, vellit,  
pungit, rodit. Acorem enim obtundit;  
Membranas mucagine oblinat; & Spiritus irri-  
tatos compefcit.

*Enem. de Malicorio* ʒvʒss.

℞. Cortic. Granator. contus. ʒss. Flor. Balausti  
ʒj. Coq. in Lact. q. f. Col. ʒiv. adde Spir. Vin.  
com. (vel Aq. Cinnam. fort.) ʒij. Diacord. ʒvj.  
Ol. Nuc. Mosc. gut. vj. m. Addi potest Laud. liqu.  
q. f.

Ut diutius & facilius retineatur, (quod ma-  
ximi est momenti) statim atque injicitur, Anus  
fo



foveatur Decocto aliquo Astringenti, aut saltem linteis calefactis; & quamprimum somno se tradat aeger. Forsan etiam è re esset in Latus dextrum decumbere: ita siquidem Colon non omninò premeretur sub pondere caeterorum Intestinatorum.

Præ cuiusvis ferè generis Aliis Astringentibus valet hoc ad sistendam istiusmodi Diarrhoëam, quæ sine torminibus accidit; & non tam à materiæ copia, aut acredine, quam ab Intestinatorum Laxitate, & Lubricitate, pendet.

*Enem. Nutrientis* ℞j.

℞. Juscul. Intestinator. Ov. ℥x. Vitel. Ov. N. iij. Vini Canar. ℥iij. Succ. Chermes ℥ss. m.

Aliqui negant huiusmodi dari Enemata verè Nutrientia: In contrariam verò sententiam ipsè propendo: 1.º Quia Colon habet Vasa Lactea, licet pauca. 2.º Sæpius notavi, Enema de Malicorio injectum 24. horas, & ultra, retineri; & proximam subsequenter dejectionem omninò solidam fuisse. 3.º Petrus Borellus (Cent. 1. Obs. 56.) vidit quandam Clystere è vino injecto inebriatam fuisse. De quâ re videantur Philos. Transact. N.º. 37. p. 271. 4.º Apud Hildanum (Cent. 4. Obs. 30.) Mulier per sex hebdomadas nihil ferè per os assumebat; sed Clysterum beneficio ita fuit nutrita, ut Gravida ad constitutum tempus Fætum gestaverit, feliciterque pepererit. Plura possem ejusmodi proferre, sed hæc abundè satis sufficiant ad probandum dari Enemata Nutrientia.

*Enema Oleosum Amarum.*

℞. Ol. Lini ℥vj. Colocynth. ℥iss. f. levis ebullitio, & colatura.

Rulandus hoc Clystere Umbilicum benè in-

lunxit; & reliquum per Siphunculum iniecit cuidam Iliacâ Passione miserè cruciato, cum præfenti levamine. At verò non temerè imitandus esse videtur, ne fursùm exprimatur Enema in Ventriculum, & Vomitionem (quæ antè fuit longè enormis) adeò intendat, ut mortem planissimè acceleret. Nihilominus autem, antequàm Colica in Iliacam passionem transiverit; ubi Alvus obstinatè occluditur; nec tamen motus Peristalticus (de quo vid. Suppositoria) penitus jam invertitur; subinde proficuum hoc fore remedium arbitror.

Si Colicæ sedes (quod frequenter accidit) altior sit, nempe in Ventriculo ipso, vel Intestinis tenuibus: Tunc Enemata, usque licet efficacia (si quidem eorum vis non eo penetrare potis est) parum, aut nihil opis asserre solent; quid quod & crabrones irritant, morbumque diuturniorem reddunt.

Namque ab alvi sæcibus (plenitudine, pondere, & acrimonia prementibus, & aggravantibus) maximè fit, quòd Intestinatorum protrusio vermicularis incitatur, & deorsùm determinatur; Si ergo eveniat ut Clysterum ministerio evacuentur ista solummodo Intestina quæ nodo Colico subsunt; tunc liquet ea jam exonerata, & indolentia, peristalticum motum deorsùm sollicitando minimè satagere: & è contra, ea supra spasimum, torminibus exquisita lacescita, vi fursùm attrahere, & explosivè convellere; atque eo nomine Affectum, antè nimis acrem, plurimum intendere & pertinaciorem reddere.

Hicce concinit Sennertus (de Dol. Colico p. 881.) Si Clysteres (quod sæpè accidit) nihil proficiant, & materia in superioribus intestinis hæreat; in Clysterum usu diù non persistendum,

dum, cum facultatem expultricem seigniorum reddant; sed satius est leni aliquo alvum laxante medicamento uti, quod tamen reliquum corpus non moveat.

Observatum est, cum æger quidam triginta Clysteres sine fructu accepisset, alium Medicum Mannæ ꝑiss. cum Olei Amygd. dulc. ꝑij. in Jusculo Gallinæ pingui exhibuisse; & ægrum a dolore liberasse.

Et Crato (Consil. 10. p. 85.) Clysteres, si malum supra Umbilicum (potius supra partem Colicæ affectam) est, parum juvant. Dum Obstructiones in superioribus partibus sunt, parum materiam attingunt; & sæpè usurpata incommodum afferunt.

Veteres in Ileo, quando Intestina à copioso stercore erant repleta (una cum præsentia flatuum) applicato folle, ventum copiosum in Intestinum injecerunt; ut ab injectis flatibus Intestina distenta abscedant à scybalis iisdem impactis; & separata facilius per Clysmata, vel aliter, possint elici.

Sic in hoc morbo operandum suadet Hippocrates lib. 3. de Morbis, cap. 15. Quem legere ne pigeat oro, inquit Amat. Lusit. Cent. 1. Cur. 100. in fine. De his consul. Epiphan. Ferdinandi Histor. 74. p. 220.

Quidam Neoterici (præ simplici hoc per solem flatu) Clysmata ex fumo Tabaci, in Iliaca, Colica convulsiva, Obstructione Alvi, & Affectibus flatulentis, tanquam præsentissimum remedium commendant. Sydenham (Sched. monit.) hoc Enema, omnium quæ illi innotescunt hætenus, efficacissimum esse dicit.

Verum Bartholinus observavit Clysmata ex Decocto Tabaci paratum mirè turbasse corpus; ac

Convulsiones, sudores frigidus, aliaque maxima mala induxisse. Id quod & Etmullerus Clyfma ejusmodi aliquando, tentandi gratiâ, præscribens in praxi sua, expertus fuit: quæ tamen omnia, post haustum vini calidi generosi, evanuerunt.

*Enem. è quatuor Oleis* §xiv.

℞. Ol. Lini, Ol. Chamæm. ā §vj. Ol. Scorpion. §ij. Ol. Terebint. §ij. m.

Commodè præscribitur contra Calculum, & Arenulas, in ipso Paroxyfmo: Vias enim lubricat; Viscerum spasmus dissolvit; Fæces induratas emollit; Intestina (Renes, Ureteres, Vesicamque comprimentia) exonerat; sicque minori cum difficultate, & dolore, Calculos, Arenulas, saburramque glarealem, descendere, & evacuari permittit, & cogit.

*Enem. Purgantis.* §xiv.

℞. Decocti Clysteris. §xij. Mist. Clysteris. §ij. m.

Quidam, ad majorem irritationem, Clysteribus addunt Fel Tauri inspissatum, ad §j. vel §ij. Riverius Aq. Benedictæ (sive Infus. Croci Metall.) §iv. præscribit.

Titulus usum apertè indicat.

Prout mea fert Opinio, Clysteres possunt (non obstante Coli valvulâ) expurgare non tantum Rectum, & Colon; sed & superiora quoque cuncta Intestina. Quippè Motus Peristalticus in Inferioribus excitatus, & inceptus, facillimè potest, & solet, usque ad Pylorum ipsum continuari: atque eo modo deorsum sollicitentur, & exprimantur excrementa per totum tractum Intestinalem: præsertim iis qui facillioris sunt Purgationis; id est qui Intestinis donantur facile irritabilibus.

*Enem.*

*Enem. Refrigerantis. ℞j.*

℞. Emulf. Commun. ℥xij. Ol. Lil. ℥iv. Sal. Prunel. ℥ij. Sacch. Saturni ℥j. m. Tepidè injiciatur.

Consultò præscribi potest, quoties Bilis valde acris, & copiosè suffusa, Intestinis fervorem doloremque excitat: uti in Cholera Morbo, aliquibusque in Febribus.

Sunt qui frigidò actu Clysteres immittere ausi sunt; sunt & qui hujusmodi praxin damnant. Sed Ventriculus, qui longè exquisitioris est sensus, Haustus frigidus, imò glaciales, perferre potest: Cur non ergò itidem & Intestina? Hoc verò cùm inexpertus sum, propono, non suadeo.

*Enem. Saponacei ℞j.*

℞. Herb. Malvæ, Virg. aur. à M. j. Bac. Junip. Lauri, Sem. Dauci sylv. Petrosel. à ℥ij. Coq. in Aq. q. f. Col. ℥xij. dissolve Sapon. Castil. ℥ss. Ol. Chamæm. ℥j. Ol. Anisi ℥ij. Syr. Viol. ℥ij. m.

Potenter flatus discutit; Fæces induratas emollit; Intestina evacuat, Vias Urinarias lubricat; Arenulas pellit: ideòque Calculosis præcipuè dicatur, & summè commodum usû reperitur.

*Enem. Somniferi ℥viii.*

℞. Opii gr. viij. Dissolve in Aq. Papav. errat. ℥viii. & adde Diacord. ℥ss. Vitel. Ov. No. j. m. Injiciatur tepidè horâ somni.

Cùm in Acutis aliisque Gravioribus Morbis, Vigiliæ (vel ex Doloris vehementia, vel Humorum nimio æstu, vel Spirituum irrequie) adeò invalescunt, & vires frangunt, ut Opiata amplius tuto Ventriculo committi nequeant. Ne Natura omni auxilio destituatur, Authores suadent immiscere Opiata Clysteribus. Sic Sennertus

tus (de Phrenit.) in summo virium lapsu, ubi Opiata non commodè interius assumuntur, Clysteribus ea admiscenda, monet. Et Riverius (de Phrenit.) pronunciat, quòd Laudanum Opiatum etiamnum in Clysteribus usurpatum, satis potenter, & tutius, somnum conciliat, quàm per Os exhibitum.

At verò curent Tyrones, ne nimii sint in Opiatis; cum Platerus (qui primus sub scanno rejectum restituit Opium, & dixit semimortuum Opii usum se restituere velle) ipse Observ. lib. 1. p. 136. refert. De Sene Nephritico, cui cum ad dolorem sedandum Opium in Clystere ministrasset, Linguae stuporem & Balbutiem pro tempore induxit.

Et Salmuth. (Cent. 3. Obs. 97.) meminit de Comate Somnolento ab Opii ʒj. in Enemate dissolutâ illato, & per aliud Enema ex Vino Malvatico curato.

*Enem. Terebinthinati ʒj.*

℞. Urinæ sanæ (vel Lactis, pro re nata) ʒj. Terebinth. Ven. ʒj. Vitel. Ov. N°. ij. Ol. Anisi ʒj. Theriacæ Januensis ʒj. m. s. a.

Optimè ingreditur Urina, quæ cum nuper Corporis hospes fuerit, nunc quoque amicè recipiatur; & Bilis vicem faciliè impleat Bilis enim salis, & Urinæ, eundem esse jam à Pecqueto visum, & Helmontio; uterque certè Nitrosus est.

Terebinthina (Balsami Septentrionalis titulo jure merito honestata) in Enemate soluta, Intestina exonerat, confortat, sanat.

Etmullerus refert Clysmata Terebinthinacea injecta, & diu retenta, talem in Urinæ textura alterationem efficere, ut illa Violas spiret.

Hinc liquet eam à Sanguine Venoso acceptam,

tam, & (illibatis ferè viribus) cum eo per totum Corpus, ejusque vel minutissimos meatus circulatam, & diffusam, Materiam morbificam aut stagnantem amovere; aut falsam, acrem, acidam, putridam, viscidam, fœculentam, aliasve degenerem, ad meliorem crasin inclinare, & perducere; Sanguinemque & Succos à copula heterogenea extricando, & per Diuresin exterminando, emendare.

Deinde (quoad partes solidas) Fibras, Nervos, Glandulas, Viscera, Uterum, Renes, Vesicam, viasque urinarias &c. perlustrare; deobstruere, abstergere; atque litu, & afflatu Balsamico, recreare obfirmare, & refarcire.

Opem promittit ergo, in Ventris torminibus, Colica humoralis, Dysenteria, Phthisi, aliisque morbis Thoracicis; Affectibus à Nervorum vel oppilatione, vel laxitate, ortis; Cachexia, Hydrope, Ulceribus Uteri, Renum, Vesicæ, & quibuscumque internis: etiam ad Calculi præcautionem, Arenulas & Mucum expurgandum; in Urinæ obstructione, Dysuria, Fluore albo, & Gonorrhæa.

*Enem. ad Tormina ꝑv.*

℞. Cretæ albæ pul. ꝑss. Herb. Rutæ, Fl. Chamæm. à M. ss. f. decoct. in Aq. ffs. Col. turbidæ ꝑiv. adde Tinct. Castor. Diascord. à ðij. Syr. de Mecon. ꝑss. Ol. Anisi gut. x. m.

Acidum corrigit; Intestina confortat; Flatus dissipat; Dolores sedat; Spasmos tollit. Puerulis, vel Dentitione difficili, vel Humorū acrimoniâ conflictantibus, apprimè convenit: nempe quando Dejectiones virides, & torminosæ, Vigilæ, Inquietudines, Suffusiones erraticæ febriles, &c. adsunt, & Convulsiones intentant.

*Enem.*

*Ætæma de Verbasco* § xv.

℞. Herb. Cicutæ, Hyofcyami ā M. j. Verbas-  
ci. Flor. Sambuci ā Mfs. Coq. in Aq. ferratæ q. f.  
Col. § xij. dissol. Vitel. Ov. N<sup>o</sup>. j. Ol. Lini § ij. Ol.  
Succini 3fs. Bals. Sulph. 3ij. m.

Hæmorrhoidum internarum Tumores discuti-  
tit; Dolores efficacissimè demulcet; Ulcuscula  
sanat; Sanguinisque affluxum inhibet.

*Epithema Aluminosum.*

℞. Alum. usti pulv. 3fs. Mellis Ros. q. f. Nuc.  
Mosc. pul. 3j. m. Extendatur super chartam, &  
linto apto alligetur super genam affectam.

Odontalgia inscribitur; & locum fortitur,  
ubi causa doloris non est Dens cariosus, sed  
Humor acris, totam maxillam afficiens, Humo-  
rum affluxum concitans, & Inflammationem in-  
ferens: potentissimè enim repellit.

*Epithema Anodynum.*

℞. Spir. Vini com. 3iv. Camph. 3fs. Opii 3ij  
Dissolve.

Partes Nervosas confortat; Spiritus excandes-  
centes placat; altè penetrat; Poros aperit; Ma-  
teriam dolorificam attenuat, dissipat, obtundit,  
& per Diaphoresin evaporare cogit. Usui esse  
potest in Iliaca Passione.

*Epithema Avicenna.*

℞. Cinerum è Ligno 3ij. Aceti 3viii. Misce in  
forma Lixivii, in quo colato intingantur panni  
lintei; expressique Capiti applicentur.

Ad Pericranii Affectiones frigidas.

*Epithema de Calce.*

℞. Calcis 3ij. Mellis liquid. q. f. f. Mistura f. a.  
Unguenti formâ super alutam extendenda, par-  
ti affectæ applicanda, & quoties exaruerit reno-  
vanda. Cau-



Cautissimè, & artificiosè, debet admisceri; aliter enim (præsertim si Calx recens fuerit calcinata, & viva) in bullas & grumos facesset. Aliquando Saponem vulgarem addere soleo.

Experimentum est egregium, & probatum, contra Dolores Scorbuticos Rheumaticos. Nunquam adhuc tentatum novi in Arthritide vera, sed valdè proficuum fore totus credo. Valet etiam adversus Perniones.

*Epithem. Cephalalgici. lbs.*

℞. Aq. Rosar. rub. ℥iv. Aceti Ros. ℥ij. Ol. Ros. ℥j. Album. Ovi No. j. m.

Huic Mixturæ linteola duplicata immersa, imbutaque, frigidè admoveantur Fronti, & Temporibus, mutando quoties exaruerint.

Ad Capitis Dolores ardentés, pulsátiles, Vigilias, & Deliria, in Febribus non malignis.

*Epithem. Cordialis 3x.*

℞. Aquæ Reginae Hungar. ℥vj. Sp. Lavend. comp. Sp. Croci ā ℥ij. Ball. Apoplect. ℥j. Ol. Garyoph. gut. x. m.

Adversus animi Deliquia, & Cordis Palpitationem, aptè præscribitur: Hystericis verò parùm convenit, ob odoris suavitatem, iis odiosè insensam.

*Epithema Defensivum.*

℞. Album. Ov. No. iv. Alum. pul. ℥viiij. Sacch. Saturni ℥iv. calefant in patina stannea super prunas disposita, & diligenter spatulâ agentur, usque dum coagulum album à sero perfectè separetur, postmodùm fortiter exprimatur liquor.

Refrigerat; Constringit; Repellit; Humorem influum cohibet; atque ipsum parti jam leviter infixum in adversum rejicit. Usum habet in Hæmorrhagiis externis, Doloribus capitis ca-

lidis; Ophthalmiis; Fracturis; & Inflammationum principiis, dum sc. materia sit adhuc remeabilis; & tuto eam repellere liceat.

*Epithem. Frontalis Aquei* ℞s.

℞. Camph. gr. viij. Aceti ℥j. Aq. Ros. rub. ℥vij. m.

Ad Vigiliis, Capitis Dolorem, & Delirium in Febribus, ex sanguinis fervore & rarefactione (non verò ex Spirituum oppressione, & confusione in febribus malignis, quod acriter distinguendum est) oriundum.

*Epithem. Frontalis Lactei* ℥ij.

℞. Lact. Muliebr. Album. Ov. conquass. ā ℥j. Opī ℥ss. Camph. gr. v. m. & frigidè admoveatur. Vires æmulatur superioris, nisi quòd minus Sanguinem refrigerat, & magis Spiritus consopit.

*Epithema Refrigerans.*

℞. Aq. Sperm. Ranar. ℞j. Lap. Prunel. ℥ss. Sacch. Saturni ℥ij. m.

Iisdem insignitur dotibus, ac proximè subsequens: Porro optimè convenit in ipso principio Inflammationum, dum adhuc sunt in Fieri; ad ulteriorem affluxum inhibendum; ad materiam influxam repellendam; & fervorem inceptum sufflaminandum.

*Epithema de Saccharo Saturni.*

℞. Aceti ℞ss. Sacch. Saturni ℥j. m.

Huic immergatur petia lintea dupla, frigidè Cordis regioni applicetur, & quoties tepescerit renovetur. Experimentum est mirabile (inquit Communicator) contra Narium Hæmorrhagiam.

giam. Primò (ob frigus impressum) horrorem leviculum incutit & mox effluxum (usque licet profusum,) certissimè cohibebit.

*Epithema Saponaceum.*

℞. Spir. Lumbricor. Magistral. ℥vj. Spir. Cochlear. ℥ij. Spir. Sal. Armon. ℥vj. Sapon. Ven. ℥iiss. Camph. ℥vj. Opii ℥j. Croci ℥ss. Digere aliquot dies, & cola.

Summo est Arthriticis solatio; namque partem affectam (absque ulla Repulsione) roborat; Crispationem fibrarum cruciantem retorquet; Spiritus ferocientes placat; Spicula salium obtundit; Ichorem dolorificum dissipat, & per transpirationem educit.

Jo. Conr. Rhumelius, ferè centum abhinc annos, hoc modo concisè præscripserat.

℞. Sapon. Ven. ℥ij. Camph. ā ℥ij. ad ℥ss. Sp. Vini q. s. Solvantur, & ad tempus digerantur, & separatis facibus, reliqua ad usum servantur, ac cum linteis parti dolenti applicentur.

*Epithem. Stomachicum.*

℞. Spir. Vin. Camphor. ℥iv. Ther. Androm. ℥ij. Ol. Garyoph. gut. xvj. Ol. Nuc. Mosc. gut. viij. Ol. Ment. gut. iv. Ol. Anisi, Absint. ā gut. ij. m.

Ad Ventriculi frigiditatem & laxitatem; ad Nauseam, Vomitionem, Dolorem.

*Epithema Vitriolicum.*

℞. Vitrioli viridis Anglici ℥j. (vel Div.) Aq. Sperm. Ranar. ℥viij. dissolve, & per subsidentiam depura.

Inter liquida, non modò prima, sed instar omnium Stypticorum habetur hæc solutio: Et quidam pro magno secreto, & certissimo *io x d i p e o* venditant. Profectò eadem Vulneri recenti applici-

plicata (quatenus vasorum difcifforum extremitates corrugando occludit; Cruoremque coagulat) Sanguinis fluxum cohibet, & potenter iustit.

*Errhinum Chymicum.*

R. Turb. miner. ℥ss. Glycyrrh. ʒss. Nuc. Mosc. ʒj. Ol. Rorismar. gut. ij. m. f. pulv. cujus pauxillum in nares insuffletur.

Errhinæ in usum duci debent, præcipuè matutino tempore, frigus cavendo: sed si necessitas urgeat, possunt quovis etiam & alio. Aquæ, Muci, Pituitæque viscidæ, è Capite, & Nariibus, magnam eliciunt quantitatem; & aptè præferibuntur contra Capitis Affectus diuturnos, & contumaces, ex viscida tenacique materia oriundos; uti gravativos Capitis Dolores, Paralyfin, Morbosque Soporosos. Hoc è Turbith. Omnino mirabile, & potentissimum est; Lympham enim specificè tenuem (quasi Salivationem per Nares moveret) tam profusè & rivulosè educit, ut nemini non experto credibile esse possit. Sed si nimis frequenter iteretur, membranam narium erodere solet: Ideoque post ejus usum, consultum esset, vel Lac tepidum, vel Oleum, in Nares attrahere.

*Errhinum Detergens.*

R. Decoct. Serpilli ʒv. Tinct. Antiphth. ʒj. Tinc. Benzo. ʒss. m.

*Errhinum de Elaterio.*

R. Elaterii pulv. gr. iv. Aq. Langii ʒj. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. m.

Turundæ ex Nicotiana factæ hoc liquore inunctæ naribus immittantur.

*Errhinum de Euphorbio.*

R. Pul. Euphorb. ℥ss. Vini albi ʒj. Spir. Cochl. ʒij.

ʒij. Ol. Majoranæ gut. ij. m. Gossypio excipiat, & formentur exinde Nafalia formâ pyramidalî.

*Errhinum solidum.*

R. Confec. Hamech. Scammon. pp. ā ʒij. Euphorb. gr. xvj. f. massâ instar pastæ, ex qua confingantur Turundæ, naribus indendæ, atque per horam (ope ligaculi linteî) ibi detinendæ.

*Errhinum è Succis.*

R. Herb. Periclym. M. iv. Primulæ veris M. iij. Beton. M. ij. Majoranæ M. j. Contusis exprimitur succus; qui è vola manûs, per duas tresve vices, attrahatur; vel ope pennæ fistulæve nicotianariæ naribus insuffletur.

*Errhinum Vitriolicum.*

R. Aq. Majoranæ (vel Infus. ejusdem) ʒij. Vitrioli albi ʒs. m.

Etmullerus capit ʒviij. Aquæ, & subinde ʒij. subinde ʒij. Vitrioli albi, & præcipitando depurat.

Mucos & Rheuma copiosè educit. Infantum recens natorum nares obstructas aperit.

*Essentia Citrina.*

R. Tinct. Sal. Tart. ʒss. Pul. Jalap. ʒij. Garyoph. gr. xxxij. Croci gr. xvj. m. Stent vase subere & vesicâ obturato, in loco moderatè calido, aliquot dies. Tinct. filtratæ dosis ʒij. ad ʒss.

*Essentia Cordialis Hysterica.*

R. Ol. Garyoph. gut. xxx. Ol. Succini gut. vj. Ol. Anisi gut. iv. m.

Eodem modo Stomachicæ, Carminativæ, Diureticæ, Cephalicæ, & pro Medici intentione, infinitæ aliæ ex Oleis Concinnari possunt Essentia. Addi possunt Sp. Sal. Armon. ʒij. Sumantur gut. iij. super frustulum Sacchari, aut Placentam

Sac-

Saccharatam, aut ex haustulo Cerevisiæ, Vinive, instante languore.

*Expressio Asthmatica.*

℞. Millep. viv. No. 128. Contunde, & fortiter exprime ex Aq. Hyssopi ℥iv. Puleg. ℥ij. Pæon. comp. ℥j. In expressio liquore frigido dissolve Gum. Ammon. gr. xxxij. Col. adde Tinct. Benzo. ℥ij. Syr. Balf. ℥j. Ol. Anisi gut. j. Spir. Sal. Armon. q. s. ad iustum conciliandum acorem.

Detur cochleatim in paroxysmo.

*Expressio Becabungæ comp.*

℞. Herb. Becab. Nast. aq. Borag. Plantag. ā M. iv. Contusis in Mortario marmoreo affunde Aq. font. ℔iv. Stent in loco frigido horam unam, postmodum exprimatur succus aquosus, eique adde Ol. Vitrioli q. s. ad modicam aciditatem; reponatur, donec liquor fiat optimè depuratus: effundatur, & lagenis vitreis aservetur ad usum.

Facili negotio, & vili pretio, parata hæc Expressio iisdem pollet viribus ac Expres. Scorb. Temp. sed potentiùs refrigerat. Propinari potest ad ℔s. bis quotidie.

Hoc modo parentur Expressiones Portulacæ, Urticæ, &c. Quibus addi possit Lapis Hematites, Syr. è Coral. de Mecon. &c. pro præscribentis intentione.

*Express. Ictericæ ℔j.*

℞. Herb. Chelidon. maj. M. ij. Bac. Junip. ℥j. Contusis adde Croci minutim concissi ℔j. Vini Rhen. ℔j. Aq. Mirab. ℥ij. Stent frigidè per noctem. Manè liquor exprimendo coletur, & Syr. è 5. Rad. ℥iiss. edulcoretur.

Dentur (post Purgantia debita) ℥iij. ter in die, donec Morbus evanuerit.

*Express.*

*Express. Millepedum Simplicis* ℥j.

℞. Millep. viv. Sacch. albi ā ℥iij. Simul contufis affundatur Vini albi ℥vj. Probè misceantur in mortario, & liquor expressione coletur.

Millepedes sanguinem calefaciunt, attenuant, depurant; Nervos collustrant; Obstructiones referant; & Urinam movent. Valent ad Arenulas, Hydropem, Icterum, Scrophulas, Asthma, Tussim, Phthisin incipientem, Cancrum; Vitis debilitatem; & ad Cutis venustatem, coloremque Faciei elegantem conservandum & renovandum. Dosis ℥iij. singulis Auroris. Audivi (sed nondum satis expertus sum) Millepedes vesperi crebrius & copiose exhibitas, Urinæ acrimoniam excitare; ejusque Remedium adequatum esse Balsamum Copaiv.

*Express. Millepedum Ictericæ* ℥vj.

℞. Millep. viv. N°. 100. Croci ℥s. Nuc. Mosc. ℥ss. Sacch. albi ℥ss. Contuf. affunde Aq. Chelidon. (vel Aparines) simpl. ℥iv. Aq. Lumbricor. Magistr. ℥ij. f. Express.

Titulus vires explicat. Dos. pars dimidia mane, & quartâ pomerid. quotidie.

*Express. Millep. ad Pertussim* ℥viii.

℞. Millep. viv. mund. ℥ij. Pul. Sem. Anisi ℥j. Nuc. Mosc. ℥ss. Sacch. albi ℥j. Contuf. affunde Aq. Puleg. ℥vj. Aq. Bryon. Comp. Pæon. Comp. ā ℥j. f. Express.

Quoniam pertinax omninò est hic Affectus, idcirco æquè pertinaciter in usu remedii insistendum erit; Puerulis exhibendo nempe cochl. j. post singulos Tussendi paroxysmos, donec profligetur tandem devicta Tussis.

Cl. verò Sydenham hæc habet: Alii quid valeant hic præstare planè nescio: me in variis

atque omnis ferè generis, remediis operam non semel perdidisse satis scio. Phlebotomiâ, & repetitâ Catharsi (eâque solâ) expugnatur hæc Tuffis; malum aliàs pertinacissimum, & ferè insuperabile: Sed leniora tantum Cathartica hic conveniunt; eaque cochleatim ingerenda sunt, pro ratione ætatis.

*Express. Pleuritica.*

℞. Herbae Taraxaci virid. M. iv. Contuf. affunde Aq. Papav. errat. ℥j. Col. per express. adde Lap. Prunel. ʒj. Ocul. Cancr. pul. ʒij. Syr. Papav. errat. ʒiij. m.

Spirituum furentem Orgasmm refrænât; Sanguinis rarefacti, & bullientis, fervorem temperat; Lymphæ visciditatem liquat; & Diuresin promovet. Non neglectis debitis Venæsectionibus, exhibeantur tepidè cochl. v. alternis horis.

*Express. Pæoniata.*

℞. Rad. Pæon. mar. recent. contuf. ʒiv. Fol. Visci arbor. minutim concif. ʒj. Vini Hispan. ℥j. Infunde calidè, & clausè, duas horas; dein fortiter exprime, addendo Aq. Pæon. comp. & Syr. Pæon. comp. ā ʒij. Tinct. Castor. ʒij. Ol. Nuc. Mosc. gut. ij. m.

Cerebrum & Nervos clarificat, & roborat. Usui est in Morbis Convulsivis; Capitis idiopathico Dolore; Vertigine; Paralyfi; & Affectione Hytericâ.

*Express. Refrigerantis ℥iij.*

℞. Herbae Anagallidis flore puniceo M. iij. Borag. M. vj. Rad. Borag. lamellatim incif. ʒij. Poma. N°. iij. Sal. Prunel. ʒij. Sacch. alb. ʒifs. Simul. contufis affunde Aq. Ulmariae ℥iij. Stent frigidè per noctem, & f. Expressio.



Melancholicis calidiori temperamento constitutis aptè dicatur. Sanguinem enim atrabilarium corrigit; ejusque ebullitiones refrænât; Hypochondriorum æstus vaporosos temperat; Cerebrum refrigerat; Spiritus rarefactos condensat; & Urinam ciet. Dos. ꝑ. vi. bis, terve in die, ad longum tempus.

*Express. Rosacea* ℥ij.

℞. Cretæ albæ (levissimæ, & purissimæ) pulv. ꝑ. ij. Boli Armen. pul. ꝑ. ij. Coq. in Aq. ℥vj. ad ℥ij. dein reponatur ut partes crassiores subsident. Liquori tenuiori effuso adde Conferv. Ros. rubr. ꝑ. vj. Maceretur tepide 12. horas, & f. Express. per Manicam Hippoc. depuranda.

Ad Diarrhœam (quæ sisti debet) vel ab Humorum acrimonia, vel ab Intestinorum laxitate ortam, vel cum dolore, vel sine dolore existentem, præsentaneum certè fidumque remedium est. Si verò cupiam nimis frigidum usû reperiat, cum Aqua Cinnamomi forti benè corrigi potest. Dos. Coch. vj. bis ter, sæpiusve pro renata, in die.

*Express. Scorbatica Calida* ℥ij.

℞. Herb. Coch. hort. Nasturt. aq. Becab. Chelidon. maj. ā M. iv. Contus. adde Vini albi ℥ss. Aq. Raph. comp. Aq. Lumbric. Magist. ā ꝑ. iv. f. Express. cui adde Sp. Coch. ꝑ. ij. Sacch. albi ꝑ. ij. vel q. v. m.

Vires æmulatur Cerevisiæ Scorb. Calidæ, quam consule. Propinentur Coch. iv. ter in die cum haustulo Cerevisiæ communis.

*Express. Scorb. Temperata* ℥ij.

℞. Herb. Becab. Nasturt. aq. Taraxaci, Aparines ā M. iv. Mal. Aurant. (cum Corticib.) N. iv. Contus. affunde Vini albi, & Aq. flor. Samb. ā ℥ij.

ā ſbj. ſ. Expref. per ſubſidentiam clarificanda, & Saccharo ad libitum edulcoranda.

Scorbuticis calidiori conſtitutione præditis, inque Suffuſiones erraticas, Fervores Hæcticos, & Maciem inde pronis, admodum prodeſt. Bibantur ʒiv. in die.

*Exprefſ. Styptica ſbjſ.*

℞. Herb. Bellid. min. Piſoſel. Millefol. Urticæ urentis ā M. iij. Contuſ. affunde Aq. Plantag. ʒxij. Liquori expreſſo diſſolve Lap. Prunel. ʒij. Syr. è Roſis ſicc. ʒij. m.

Sanguinem refrigerando, temperando, depurando, & increſſando, item vaſa conſtringendo, & conglutinando, Hæmoptyſi, & quibuſcunque Hæmorrhagiis medetur. Doſ. ʒij. bis terve quotidie per ſat longum tempus; debitis interpoſitis Laxantibus.

*Extractum Pectorale.*

℞. Maltæ opt. (ſine empyreumate) Cong. iſs. Aq. Cong. ij. ſ. Alæ ſ. a. Cong. j. Huic claræ, & non fermentatæ, adde Paſſul. ſol. expurgat. concif. ſbjſ. Glycyrrh. ʒij. Ter. Japon ʒj. Coque donec ſbjv. ſint evaporatæ: poſtmodum exprimendo coletur; denique (additis Coccinel. ʒiv.) percoq. ad Mellaginem.

Summè elegans & efficac hoc Remedium ſæpiſſimè paravi; atque eò excellentiùs eſſe ſemper exiſtimavi, quòd cum crassa fit & tenax Mucago, ob gratam tamen Auſteritatem, non omnino (ſicut cætera omnia Increſſantia Pectoralia ſolent) Ventriculum relaxat aggravatve; ſed ejus tonum recreat, & firmat.

Laryngis parietes arefactos humectat; irritatos lenit; ferè excoriatos ſanat: Glandulas ferventes refrigerat; tumentes emollit; laxatas con-

constringit; Seri acridinem temperat; tenuitatem incrassat; & impetum refranat; atque ita Tussi Catarrhali, Gulæque asperitati, adæquatum præstantissimumque remedium est.

*Fotus Amaricantis* ℥ij.

℞. Rad. Aristol. rot. ʒj. Herb. Absint. vulg. sicc. Abrot. fam. Tanaceti, Summit. Sabinæ ā M. j. Helleborastri M. fs. Pulp. Colocynt. Aloes ā ʒj. f. Decoct. in Aq. ℥iij ad ℥ij. Col. pro Fotu, ope stupharum è panno Wallico (vulgò *Flannel*) Abdominis regioni calidè usurpando.

Vermes (non inusitatum est) in latibulis suis (sc. Intestinorum plicis) tam altè se recondunt, & securè degunt, ut tum Alterantium, tum Purgantium, tela intacti prorsus effugiant. In hujusmodi casu, externa remedia (inter quæ hiccè Fotus non infimum) perquam utiliter in usum adducuntur; ad illos nempè è nidis suis deturbandos; & medicamentis internis subsecuturis objiciendos; quæ eos aut enecent, aut per sedem expellant.

*Fotus Anodyni* ℥iv.

℞. Capit. Papav. alb. (concis. & cum Seminib. contus.) Sem. Anethi ā ʒij. Herb. Hyoscy. Cynogl. Solani, Fl. Chamæm. ā M. ii. Coq. in Aq. ℥vj. ad iv. Col.

Usurpetur cum stuphis laneis calidissimè intinctis, expressis, & alternatim applicatis; repetendo quoties dolores intensius urserint. Fibras corrugatas lenit; Spiritus irritatos confopit; Humores acres obtundit; Viscidos attenuat; & subsistentes circulationi reddit.

*Fotus ad Articularum Dolores.*

℞. Ol. Vitriol. rectific. Spir. Vini rectific. ā Cautè misce, & leni calore digere decem dies.